Com.19. ℂ His declaratis exponit qualis status est itellectus materialis in tēpore beatitudinis:ꝛ qualis ꝓcessus.dicit igitur primo ꝙ quuз rationali virtuti acciderit vt fit intellectus actu qđ fit quando est perfectus per itellectuз speculatiuum vt diximus:ascendet tunc talis intellectus in actu perfectus ad assimilationem rerum abstractarū ordine iam dicto:prius intelligendo intellectū speculatiuū: secūdo mediante illo intelligendo se.tertio mediantibus ipsis gradatim intelligendo intellectum agentem.Dicit secūdo.ꝛ intelliget.vз.in tali statu suuз esse:quod est actu intellectus:naз tunc intelliget intellectum agentē qui est actu intellectus in genere ꝛ specie:qui est tunc esse illi vt forma:intelliget eniз eum per essentiam illius:qa in tali statu ille erit sibi ꝛ illi intellectio.Dicit tertio quasi corrolarie concludens.Et tūc relinquetur suuз intelligibile eē intelligens:nam suum intelligibile est intellectus agens: ꝛ ille est etiam intelligens.Dicit quarto.quasi concludendo 2^m corrolarium:ꝛ etiaз intellectus intelligibile:ꝛ intelligens erit tunc vnum ꝛ idem in hoc statu:ꝛ reducet̄ totum ad gradum essentię intellectus agentis:nam intellectus materialis erit intelligens:res intellecta tunc erit intellectus agēs:ꝛ intellectus erit tā itellectus mālis ꝙ̄ intellectus agens.Et hęc sunt vnum in esse beatifico:ƺ tria in dispositione ꝛ specie:quia re vera distinguūtur.patet ex omnibus ijs qualis status est tunc animę nostrę.Nā habet vnum esse cum substantijs separatis:qa cōponūt vnum esse:ꝛ distinguuntur ratione:etiam vtitur essentijs earum tāꝙ̄ formali principio operandi.

ℂ Verbi gratia.scis ꝙ comparatio intellect⁹ agentis ad hominē est sicut comparatio solis ad sensuз visus:ꝛ vt sol dat visui lucē:ꝛ postea per hanc lucē:quam recipit videns a sole efficitur vidēs ipsum solem in actu:qui fuit causa faciēs ipsuз videre rē in actu:ꝛ ꝙ omnes colores qui erant apparētes in potētia efficiūtur apparētes in actu:similiter itellectus agēs facit:qa tribuit homini eē impssum in virtute rationali:qđ habet comparationē cum anima rationali:quā habз lux cū visu:ꝛ cum illa eadem re intelligit anima rationalis id qđ fecit eaз intelligere:ꝛ reducūtur per hoc ea quę erant potentia intelligibilia ad actu itellecta:ꝛ reducit̄ vt sit ipsa ideз cuз intellectu agente ꝛ efficitur intellectus: qđ nō erat prius:ꝛ reducit se ad itelligibile: hoc est vt intelligat se:qđ nō erat prius:igit̄ reducuntur omnia hęc quę tria sunt in vnū: quando sunt in actu:ꝛ res quę erat attributa materię reducitur ad esse diuinum:ꝛ hęc est actio quā facit in nobis intellectus agēs: ꝛ hinc vocatus est agens.

ℂ Quia exempla magis mouent ꝙ̄ verba.Auerro.declarat illum statum:ꝛ modum ascendendi ad euз exemplo manifesto. Com.20. ℂ Ubi aīaduertendum vt sępe diximus:ꝙ triplex est intellectus agens:vnus vt sol:alius vt lux siue lumen impssum animę:tertius vt illuminatus:vt propositiones siue intellectus in habitu.Primus quidem est deus benedictus:qui dicitur intellectus agens:ꝛ primus motor:agens quidem intellectus comparatione ad intelligibilia:nam ipse est verus illustrator:vt.7.metaphysi. cōmē.31.primus vo motor cōparatione ad vniuersum: quod ab eo depēdet.12.metaph.cōmē.39.ab hoc effluit intellectus materialis ꝛ cęterę intelligentię:omne autem effluens accedit ad id e quo effluit ꝛ recedit:id quo accedit veluti actus est ꝛ perfectio:quo deficit veluti priuatio ꝛ potentia est:quare intellectus agens qui est vt lux siue lumen est ea:siue pars:siue portio:siue gradus itellectus materialis:qui accedit ad principiuз suū.ab hoc effluūt primę propositiones quę intellectus in habitu dicuntur: vt.3.de anima.cōmen.155.ingt eni ꝛ itēdit per itellectū: vt mihi videtur primas propositiones:hę eni nullo alio nobis patēt nisi solo illo nostro lumine:qđ est pars intellectus materialis.Et in hoc apparet qualiter intellectus mālis habet aliquam compositionem:saltem ex actu illo:ꝛ potentia siue defectu:ꝛ inde quandoꝗ dicitur rōnalis anima:lƺ rationalis anima proprie vt diximus sit illđ compositum quod fit ex parte deforis accedente:ꝛ intus accedēte:hoc est ex intellectu ꝛ dianoea.Ijs dictis facile est intelligere quę dicit Auerro.dicit eniз primo ꝙ ita se habet intellectus agens ad nos:sicut sol ad visum. nam vt sol dat sensui visus lucem siue lumen:quo visus actu videt ꝛ solem ꝛ colores:similiter quo colores efficiuntur actu visibiles:similiter agens intellectus tribuit homini esse impssum in virtute rationali:qa tribuit intellectum materialem:cuius vna pars est vt lumen:hoc auteз mediante materialis intellectus siue anima rationalis eleuat̄ ad intelligendū abstracta ordine suo.vз.pmo ꝑ hūc habendo intellectum in habitu:quo mediante habendo intellectum speculatiuum: quo vlterius intelligendo se quibus postea intelligendo abstracta:ꝛ hoc dicit.ꝛ cum illa eadem re intelligit anima rationalis id quod fecit eā intelligere:hoc est intellectum agentem non quideз imediate:sed per hanc rem reducendo intelligibilia in potētia ad intellecta in actu.Tunc ponit qualiter se habet intellectus materialis in tali statu:ꝛ dicit primo ꝙ in tali statu efficitur idē cū intellectu agente:hoc est ꝓm copulationē:ꝛ nō per essentiam:nam in tali statu agens copulat̄ possibili vt forma:ꝛ ita vnuз erunt copulatione.Itēꝗ in tali statu efficitur intellectus:hoc est res itellecta:qđ non erat prius:qa in hoc statu ꝑfectus est oībus habitibus.3° in hoc statu reducit se ad eē itelligibile:hoc est ꝙ erit idē ipse intelligens se ꝛ res intellecta:qđ nō erat prius.igitur tādem hęc tria erunt vnum in esse:ꝛ tria rōne.Nam itellectus materialis erit intelligēs:ꝛ ipse res intellecta ꝛ intellectus:simil'r agens erit intelligens:res itellecta ab intellectu potētię ꝛ itellectus.4° in hoc statu res materialis ꝛ caduca:quę qa corruptibilis attribuit̄ materię:acquirit esse diuinum:qa copulatur suo principio:ꝛ illi vnitur. Tunc vltimo addit ꝙ est totum hoc opus intellect⁹ agētis:ꝛ inde intellectus hic agens dicitur:quomodo vo intellectus agens est causa omnium bonorum:ꝛ etiaз suimet iam diximus:ꝛ dicemus in libro de intellectu.

¶ Et quandoqdem ad hūc peruenimus gradum: completa est nostra beatitudo.

Com.21. ¶ Finem nostrum nunc deducit: et inquit. [Et quandoqdem ad hunc peruenimus gradum: completa est nostra beatitudo] Est autem iste gradus status: in quo agēs intellectus est sibi et nobis intellectio: in quo intellectus materialis est intelligens/intellectus/et res intellecta: in quo est idem saltē copulatione intellectui agenti. in quo per essentiam est ita pfectus sicut deus: nam in hoc statu: ita operat̄: sicut intellectus agēs: et intellectus agēs est deus: igit̄ est eque perfectus sicut deus. Et in hoc apparet mirum quoddam: nam Auer. arabs omnium legum depravator/naturali ratione fulcitus/cōcedit rationalis animę statum talem: qualem habent cęteri angeli. Itemq; concedit ad hunc posse hominem ascendere ex puris naturalibus: quia ipse non nouit deum ad extra agere contingenter. tertio conclusit ad talem statum nos in vita posse ascendere: pauper vir: nouit quidē finem: qualis et quātus nouit et possibilitatem finis: sed media ignorauit: quę ducunt ad illum finem. Nos enim media ponimus meritorias actiones: si dici possunt media. Itemq; deū dare contingenter beatitudinem tenemus: et hoc decepit eū: sed de his in libro de intellū satis. ¶ Sed petet quispiā. vtrum intellectus materialis per media naturalia possit deum: qui est intellectus agens: per essentiā intelligere: hoc est/vtrum possit ad talem statum deduci: vt intellectus agens idem sit sibi et intellectui materiali intellectio per media naturalia. Hęc q̄stio in toto hoc libro est examinata: verum hic est replicata propter verba Auerro. nec expectes a me longas orationes: sed breues: quia in libro de intellectu diffuse loquor. Philosophus hē discordare a theologo. Aristoteles et Auer. petunt primo deum ad extra comparari mere necessario cuicunq; comparabitur: vt. 12. metaphysicę. et. 8. physicę auscultationis dictum est. Secundo petunt intellectum materialē posse copulari deo per essentiam dei: vt longis syllogismis est probatum. Tertio petunt intellectum speculatiuū esse adęquatum medium copulationis: quia per hoc deus copulat̄: et per nihil maius: et nihil minus. Hęc tertia petitio est declarata in hoc libro. Ex ijs tribus patet materialē intellectum per media naturalia posse deū per eius essentiam intelligere. pbatur. quia non defectu virtutis intelligentis: quia est receptiua vis omnium intellectuū: vt materia est receptiua omnium formarū: vt dicitur 3° de anima. non defectu medij: quia intellectus speculatiuus est adequatum medium copulationis: non defectu voluntatis dei: quia illa comparatur omni extrinseco et intrinseco mere necessario. Igitur itellectus materialis per media naturalia potest dei essentiam per se intelligere. Has tres petitiōes ifinities tu iuenies disseminatas ab Arist. et Auerro. saltem ab Auerroe. Theologus autem cōclusionem oppositam ex principijs contrarijs deducet. Petit enim primo deū ad extra cōparari mere contingēter. nam ad extra cōparatur: vt agens vel forma vel finis p intellectum et voluntatē: agens vo forma et finis per intellectum et voluntatem agit mere libere et contingenter. Petūt secūdo. nullum esse ens naturale: quo possit deus copulari intellectui siue rei naturali. Nam omne ens naturale deficit a bonitate et perfectiōe dei. Itēq; omne naturale est finitum: deus vel est infinitus vel transcendēs omne finitū: idcirco deus nullo medio nobis est copulabilis: nisi ipsomet deo. De scđa petitione theologi discordant: vt dicemus: sed hęc duo satis: nā si deus volens est beatitudo: ei erit beatitudo cui vult: igitur non ex naturalibus. Itemq; si nihil naturale est ęquale deo. igitur non per naturale mediū erit nobis beatitudo. Et sic phs et theologus differunt. Diuus Thomas credit conclusionē hanc theologorū demōstrare ratione naturali. Petit eni primo q triplex est modus essendi rerum: vnus. vz. quo res hūt esse in materia: quō omnia corporalia sunt. alius quo. s. res ipsa nō existit in materia: nec est sua essentia: sē esse habens: vti esse habent intelligentię quę angeli vulgariter nūcupantur: esse enim horum non est in materia: nec essē horum est essentia: alius quo res ipsa est suū eē et sua essentia: quō deus existit. Ex hoc petit secūdo q triplex est intellectus materialis. vz. qui habē esse in mā: sē e materia ipsa non educatur: vt intellectus hominis. et intellectus angelicus correspondens scđo modo essendi: et intellectus diuinus respōdēs tertio modo essendi. Ex ijs deducit syllogismū. intellectus intelligit intelligibile sibi pportionale et non maius: et quodlibet minus. per definitionem potentię. pmo cęli. sed intelligibile proportionabile intellectui materiali est forma materialis: qa conuenit secum in eodē modo essendi: qa ambo sunt in materia: intelligibile pportionabile angelico intellectui est forma nō in materia: habens tamē esse aliud ab essentia: qa silr in eodē modo essendi conueniunt: intelligibile pportiole intellectui diuino est essentia dei. per idē igitur intell's humanus ex puris nālibus intelligit formam materialem: et nihil supra illā: et quodlibet infra. et intellectus angelicus formam materialem cuius eē est aliud ab essentia: et qlibet ifra. et nihil supra. itellectus diuinus eēntiam dei et nihil supra. et qlibet infra. Ego vo conuenio secū in cōclusione: nam volo intellectum materialē nō posse per pure naturalia deum per essentiam intelligere: sed differo primo. qa teneo hanc conclusionem non esse demōstrabilem: vt credit Thomas. Secūdo teneo hāc esse mere creditam: et q ita sit deduco: qa forsasse Auerroes concederet vtrasq; suppositiones: lē quantum ad rē differat: et tamen syllogismum non admitteret: quia peccat in materia et forma: forma quidē: quia equiuocat de proportione: quia per proportionem in maiori quid intelligit: vel proportionem essendi: vel operandi: si eēndi: maior falsa est: quia intellectus inferior intelligit sibi pportionabile proportione essendi et disproportionabile: semper enim inferior intellectus itelligit inferius vt medium: et superius vt finem. Si vo per proportionem intelligit proportionem operandi: maior vera est: et minor falsa: nā forma mālis non est intelligibile proportionabile intellectui ęquatum: quia intellectus est entis: vt. 4. metaphysicę habetur. in materia vo: nā deus apđ Auer. intelligit se: et nihil infra se: angelus inferior superiorem: et nullum inferiorem: minor etiā falsa est: qa forma materialis non est proportionabilis intellectui materiali: qa illa dependet in esse et pseruari a materia: intellectus materialis minime etiam apud eos. sic igitur cum eo concedimus conclusionem veram: sed negamus rationē: qua conclusio deducitur. Secūdo. vtrum pro beatitudie sit necessarium aliquod creatum: dicendum q in beatitudine duo sunt: ipse beatus qui in deo beat̄: et ipe deus beās. Tunc theologus et Auerro. conueniunt: q ex parte beati requiritur aliqd: siue similitudo: siue lumen. Nam deus est auctor intellectus materialis: quemadmodū cęterarum intelligentiarū: saltem dependentia ęterna: virtus vo hęc materialis non est dei essentia: igitur aliqua participata eius similitudo: et per cōsequēs dicetur hęc similitudo: lumen quasi a prima luce deriuatū: et hęc est opinio Auer. Ipse enim. vt diximus: opinatur intellectū materialem habere compositionem: vt. 3. de anima. cōmen. 5. et. 20.

5.⁊.20.compositionē dico ex aliquo quasi actu:⁊ aliquo quasi potētia.illud quod est quasi actus:est illud:siue lumē:siue similitudo:qua participat dei essentia.⁊ dicitur intellectus agēs quasi lumē:tunc vult deuz intelligi a nobis propter hoc lumen.non quidez imediate:sed ꝑ quāto creat in nobis intellectū in habitu:quo mediāte creatur in nobis intellectus speculatiuus: quo tandem intelligimus deum. sic igitur conuenit Auerroes quantum ad hoc cum theologo.naz vterqꝫ per eiusmodi lumē dei essentiam intelligi volunt:lz alia ratione. ¶ Conueniūt secundo ex parte beatitudinis.quia volunt deuz esse beatis beatitudinem per essentiam:⁊ per nihil creatum:siue illud dicatur species:siue similitudo. Tum quia omnis similitudo deficit a deo. Tum quia dei esse est eius essentia. Tuz quia essentia dei est irrepręsentabilis:⁊ ita deus per eius eēntiaz erit beatitudo sibi ⁊ omnibus:⁊ per nullam speciem vel similitudinem mediaz:⁊ hęc est opinio Auerrois.12.metaphycę.cōmentis.38.⁊.17. ¶ Tertio quęrunt vtrum omnes beati ęqualiter deuz intelligant. arguitur ꝙ non. Nam deus intellectus materialis perfectus ⁊ intelligentię sunt beati:⁊ tamen non sunt ęqualiter beati. In hac quęstiōe Theologus discordat a Philosopho. Theologus enim qui vult beatos beari ꝓpter participationem luminis:diceret eos plus beari:qui maiori lumine participant. Philosophus autem qui tenet beari beatos per copulationem intellectus agentis: hoc est dei cum beato.dicet ex parte beatitudinis omnes ęqualiter beari. Nam omnes deo beantur:⁊ deus est ęqualis omnibus. Amplius.omnes beantur:quia deus per essentiam recipitur in beatis.sed essentia dei tota recipitur. ¶ Ex parte ꝟo modi beandi non omnes ęqualiter beantur. Nam deus est beatitudo sibi per se intelligentiis inferioribus per aliud:itellectui materiali ꝑ media multa. ¶ Amplius.illis beatitudo est semꝑ.nobis autē paruo tempore.12.metaphysi.⁊ ita teneret Auerroes beatitudinez esse omnibus ęqualē:beatos ꝟo omnes inęqualiter beari.⁊ per hoc patet solutio ad quęstionem.ꝙ oēs beati ęqualiter deum intelligunt:siue sint eiusdem speciei:siue alterius generis:lz non ęqualiter sint beati.⁊ patet solutio ad argumentum. ¶ Quarto quęrunt vtrum homo in carne constitutus possit deum per essentiaz intelligere.rem hanc in libro de intellectu dicemus prolixe.nūc ꝟo raptim dicamus ꝙ Diuus Thomas tenet ꝙ homo in carne constitutus deum per essentiam intelligere non potest:sed bene a posteriori per effectus.⁊ hoc probat.quia modus cognitionis sequitur modum naturę rei cognoscentis.anima nostra dum est in carne habz esse in materia corporali.igitur non cognoscit aliqua:nisi quę habent formaz in materia:vel quę per eiusmodi cognosci possunt.constat autem ꝙ per naturas rerum materialiū deus per essentiam cognosci non potest. Primo. quia per similitudinem creatam essentia non potest intelligi. Secundo.quia illa essentia in nullo ente creato ęquate continetur. Signum autem dicunt.ꝙ anima nostra quāto magis a corpore eleuatur:tanto abstractoruz intelligibilium fit capacior:vt patet in somnys ⁊ alienationibus:in quibus futurę pręuidentur res. ¶ Sed contra.nam de facto Moyses iudeorū magister:⁊ Paulus magister gentium:vt dicit Diuus Augustinus : in carne constituti intellexerunt deum per essentiam dei.hoc autem non fuisset:nisi deus fuisset eis intellectio quemadmodum sibi:⁊ hoc concedūt Philosophi:saltem de possibili.quia de facto aliquem eorum hoc attigisse non inueni:⁊ videtur ad hoc ratio.nam non est ex parte dei repugnantia:nec ex parte intellectus materialis. quia est ęternus:⁊ maximum in genere recipientium:nec ex parte corporis in quo ipe est:qa vt diximus omne possibile formę:est possibile subiecto illiꝰ formę mediāte illa forma. Argumentum eorum peccat.ꝑmo qa maior est falsa apud Philosophos:nā intellectus intelligit aliqd ad qđ non transcēdit corpus:sed ad illud disponitur mediantibus formis corporalibus:minor etiaz non accipitur sub intellectu maioris:naz intellectus materialis:lz sit in corpore:non tamen constituitur per corpus: idcirco potest intelligere res materiales:⁊ res quę non constituunt̄ per corpus:sed corpus cōstituunt. Unde reduco argumētuz cōtra eum:modus cognitionis sequitur modum naturę cognoscētis:sed natura cognoscēs est in materia ⁊ nō cōstituitur a materia:sed eam ꝯstituit:igitur intelligere pōt ea quę nō cōstituuntur a materia:sed cōstituūt materiā: substātię autem separatę cōstituūt corpora:⁊ non constituuntur a corpore:igitur intellectus materialis potest intelligere substātias separatas:mior est Auer.ꝑmo phycę auscultatiōis.cōmē.63. Itaqꝫ Philosophi hoiem in carne cōstitutuz posse deum itelligere:⁊ aliquem aliquādo euz per essentiaz intellexisse cum theologis cōcedūt.verum Philosophi hoc esse per media naturalia cōtēnūt. Theologi ꝟo mētes hominum in hac carne viuētiuz ꝑter cōem ordinem ⁊ supernaturalr̄:sed non sensibꝰ carneis vtētiuz:posse deum per essentiam cognoscere affirmāt:qđ etiam ⁊ ipse Thomas cōcedit:⁊ in hoc apparet differētia Phi a theologo. Petunt vltimo.vtrum deus siue intellectus agēs sit formalr̄ beatitudo. Diuus Thomas soluit ꝙ beatitudo intellectus cōsistit in actu intellectus:in actu intellectus possunt duo considerari.s.ipm intelligibile:qđ nostri vocant obtum actus.⁊ ipse actus: qui est intelligere:tūc vult ꝙ si beatitudo consideret̄ ex parte obiecti:sic deus est formalr̄ beatitudo:qa hoc solo quis beatur:qa deum intelligit etiam si alia ignoret:si ex parte actus intelligētis beatitudo est quid creatū in beatis:lz in deo sit increatum:⁊ hoc ꝓbat.qa si non:omnes beatitudines essent ęquales:nā deus est omnibus ęqualis:⁊ nihil per te est beatitudo pręter deum.igitur beatitudo est aliud a deo. Pace sua mihi videt̄ ꝙ deus sit formaliter beatitudo:⁊ nihil in nobis pręter deuz beat nos: nec actus intelligentis:nec species itelligibilis:nec lumē genitum: quoties igitur deus est nobis intellectio sicuti sibi:tunc est beatitudo.12.metaphysi.cōmē.38.ex parte eniz nostra nihil est aliud beatitudo ꝑter deum: qa deus est sibi:⁊ cęteris beatis intellectio ⁊ actio : deo enim beamur:deo agimus:⁊ deo intelligimus.apud Auer.⁊ hanc positionem ascribit Arist.⁊ theologis. Suggerius vir in Peripatetica secta clarissimus:vt dicemus in libro de itellectu. Et hoc ꝓbatur.qa ad quid ponitur actus ille intelligendi:vel vt medium:vel repsentās:non vt mediuz: qa per ipsum lumen est inadęquatuz medium:igit̄ ⁊ magis ille actus intelligendi non vt repsentans:qa deus est irrepsentabilis vt dicit. Tenēdum igitur ꝙ nec ex parte nostra:nec ex parte dei est necessarium aliqd ꝑter deum ad beatum esse:apud theologos quidem sat est deus volens:ipse eniz volēs illi est intellectio cui vult.apđ Auer. ꝟo illi:cui perfectus est intellectus speculatiuus:q apud Auerro.non est dispositio copulati esse:sed copulationis: hoc est fieri ⁊ non facti esse:naz sicut forma est actio materię in facto esse:⁊ per nullum mediū:ita deus est actio: intellectio:⁊ beatitudo beatoruz in facto:⁊ nullo mediāte. Adducit Suggerius hāc rationez:qa nos beamur vt cęterę intelligentię:vt dicit Aristo.12.metaph.⁊ hoc nobis promittit religio nostra:sed cęterę intelligentię beantur per essentiam superioris ⁊ dei:⁊ per nihil aliđ medi

ans:igitur nos quandoq; beabimur per essentiaz dei:vt ille ⁊ per nihil medians. Ratio Thomę non concludit. nam nos diximus beatitudinem esse omnibus ęqualez: nō tamen omnes ęqualiter beatos propter ratiões alias dictas. quęstiones has breuiter tetigi vt videatur differentia theologorum a Philosophis:⁊ vsq; inquantū detinere Philosophi:verum altior pertractatio relinquatur in libro de intellectu.

¶ Et scias ꝙ quādo est separata a nobis aliquo tempore accidentaliter: non debet hęc separatio sibi attribui a diminutione ⁊ pmutatione in sua substantia:nec coniūctio simpliciter acquirit ei aliquam formam: quam antea non habuerit.

Com.22. ¶ Obycies Auerroi. nam intellectus agens nunc non copulatur:⁊ postea copulabitur. igitur in copulatione alteratur. probatur. quia copulatio est quędaz relatio:⁊ relatio non potest nouiter acquiri alicui:nisi propter aliquid noui:quod sit eius fundamentum:vt dicit ipse. 8. physicę auscultationis. cōmento. 8. Igitur intellectus agens in copulatione mutabitur. ⁊ sic deus mutaretur:qui est intellectus agēs. Respondet ipse negando cōsequentiā. Naz nunc copulatur:⁊ prius non copulabitur. ⁊ tamē nō mutatur nec in substantia nec in accidente. verum ipse non assignat causam cur non valet consequētia hęc. ¶ Propterea animaduertenduz:vt dicit ipse. 7. physicę auscultationis cōmento. 20. ꝙ intellectus copulatur nobis de nouo mutatione facta in nobis ⁊ non in eo. Inquantum enim nos aliter atq; aliter disponimur:ipse nobis copulatur. vnde in copulatione est tria considerare. relationē: terminum eius:⁊ fundamentum. est quidem relatio copulatio ipsa:qua intellectus agens dicitur nobis copulatus:⁊ nos illi copulati. est terminus deus ipse:siue intellectus agens ipse. relatio enim hęc terminatur ad absolutam essentiam dei. nec inconuenit absolutum esse terminum relationis. fundamentum quod de nouo nobis contingit:⁊ ad cuius pręsentiam innascitur nobis. hęc noua relatio:qua deus dicitur copulatus:est intellectus speculatiuus perfectus apud Philosophum. ⁊ remouēs prohibens est virtus heroica. ⁊ ita patet solutio ad quęstiones:ꝙ scilicet deus potest nobis de nouo copulari:⁊ nulla fit mentio ex parte sua:quia ipse de nouo refertur relatione ⁊ mutatione facta in nobis.

¶ Neq; vtiq; est inuanum ista appręhensio. naz intentio diuina in hoc fuit ꝙ formę quę sunt ęternę in genere vt vniuersalia debeant ascendere ad formam vnam numero. Nam cuilibz enti inest diuina intētio vt perueniat ad recipiendum tantum illius nobilis finis: quantum competit suę naturę:nec denegat ab eius essentia pars sibi concessa. itaq; entibus quę in ipsorum natura nō habent nisi vt sint in hac essentia diminuta vt bruta animalia erit possibile habere in seipsis virtutes:p quas in fine ascendent ad talez perfectionē: qualis est primi entis simpliciter.

Com.23. ¶ Declarat nūc vtilitatē beatificę intellectionis:ex parte videlicet cęterorum entium. quanta nāq; sit vtilitas ex parte nostra:iam patuit. Proponit primo. ꝙ vtilitas secunda ex parte cęterorum entium est:vt illę res materiales quę genere sunt ęternę:⁊ idiuiduo corruptiuę:participent beatitudine illa:dum ascendunt ad copulationem cum illa forma vna numero:quam diximus intellectum agentem:siue deum. nam res materiales quando effectę sunt nobis formę intentionaliter:⁊ per appręhensionem recipiunt intellectum agentem:saltez dispositiue:⁊ ita illi copulantur vt nos:lz nobis deus ipse sit intellectio ⁊ appręhensio:sicut est sibi. illis vero perfectio ⁊ forma. syllogizat conclusionem hanc. vnaquęq; res appetit suum finem:quantum sibi competit:sed res materiales appetūt copulari illi tāq; fini. igitur aliquando erunt copulatę. vel syllogizetur sic. vnumquodq; appetens aliquem finem:quantū sibi competit:interdum perueniet ad eum: quantum sibi competit:sed omnes formę materiales appetūt copulari deo vti proprio fini. igitur aliquādo peruenient ad virtutes tantas vt ipsi deo copulentur. ⁊ hoc fit in statu hominis. ⁊ in hoc patet ꝙ deus vnitur nobis. Primo propter nos:vt videlicet perficiat ⁊ beet ⁊ felicitet nos. Secundo vt beet ⁊ perficiat formas materiales tātum quantum sunt capaces:quod fit quando ipsę sunt formę in nobis intētionales:tūc enim nobis ⁊ ipsis deus copulatur. Huius primo ibi. [Nam cuilibet enti] tangit minorem. Secunda ibi. [Entibus itaq;] tāgit conclusionem. ¶ Quęres. Auerroes vult deum intelligi a nobis vt nos ⁊ cętera felicitemur. igitur itellectio illa dei est ꝓpter finem:vbi est finis:ibi est forma. vbi forma ⁊ finis: ibi agens ⁊ materia:quę sunt eiusmodi intellectionis forma agens ⁊ materia. ¶ Animaduertendum ꝙ dei intellectio intuitiua est finis:⁊ nullum finem habet. verum dicuntur cętera fines aliqua similitudine:⁊ ita cętere causę similitudine assignari possunt:vt materia quidem:intellectus materialis:⁊ homo. Intellectus quidem materialis:materia proxima intellectionis. homo vero remotum: qua mediante intellectu materiali. vt vero forma est deus: ipse enim est fęlicitas sibi ⁊ animę:vt autem agēs est intellectus agens:qui est causa quare vnitur nobis: vt fęlicitas. Nam est causa intellectus speculatiui:⁊ ipse vnitur nobis mediante speculatiuo. igitur est causa sui aliquo modo. finis vero primus vt homo deo copuletur. secundus vt cętera materialia deo etiā copulentur. homo quidem secundum esse reale. materialia vero:vt dicit hic Auerroes:secundum esse reale non sunt deo vnibilia:sed bene secundum eē eorum intentionale:hoc est. inquantum sunt intellectus speculatiuus pręparans intellectum materialem vt deū recipiat ⁊ deo copuletur:⁊ in tali vnione intentionali redeunt in finem eorum reditione completa. nam deus est primum principium:vnde effluunt omnia principia omnium rerum:⁊ ita dum in deum redeunt:ad nullum vltra redire possunt: ⁊ ita ibi completur reditio. In tali quoq; esse non intelligunt:vt intelligit per essentiam dei: quia homo copulatur illi secundum esse reale. res materiales secundum esse intentionale.

¶ Quod quidem igitur est primuz ens simplex:ideo est primuz. quia primū primo habuit semetipsum. non autem ab antecedente causa. quod vero est post ipsum:suum esse habet virtute primi. ⁊ hoc est esse primę materię cum prima forma:quia ipsum primum tribuit sibi merituz in prima dispositione vt gratiam habeat recipiendi formas:quę possunt sibi accidere:⁊ formis materialib⁹ tribuit gratiā qua possint peruenire ad formas

complete abstractas tãq̃ in finem.

Com.24. ¶ Declarat quasi differentiam inter primũ ⁊ cętera alia: ⁊ ordinem ⁊ causam ascensus. Nam posset quis dicere. deus est beat⁹. homo quoq; beatur: ⁊ formę materiales vtrum vna ratione. Respondet q̄ primum principium. hoc est. deus ⁊ itellectus agens beatur per se: quia est primum ⁊ a nullo beatur. cętera vo post ipsum felicitãtur a virtute primi. Naz homo beatur deo: ⁊ res materiales etiaz deo beantur: ⁊ sic ab alio. probat hoc similitudine: nam ita deus se habet respectu beatoruz: vt respectu formarum prima forma in materia. Nam vt prima forma per se recipitur in materia: ⁊ cęterę alię mediante illa recipiũtur: ita deus seipso beantur ⁊ cętera/mediante deo. deus eniz tribuit nobis meritũ vt intelligamus formas materiales. est autem tale meritum lumen: quod est aliquid animę nostrę: vt diximus. ⁊ formis materialib⁹ tribuit gratiaz: qua possint ascendere ad finem dictũ: ⁊ hoc facit prima forma. ipsa enim per se recipitur in materia: ⁊ prębet meritum materię: vt recipiat formas. ⁊ pręhet meritum formis vt recipiantur. quid autẽ sit hęc prima forma materię: in lib. de substãtia orbis vidimus. ¶ Sz ambiges. nam vt nulla est coloribus beatitudo si videntur: sed oculo: sic nulla erit rebus materialibus fęlicitas: si intelligantur: sed homini. ¶ Dicenduz q̄ vnamet res potest dici vni beatitudo: ⁊ alteri perfectio. ¶ Copulatio hęc cum deo est quidem beatitudo homini: quia sibi est intellectio ⁊ voluptas: vt dicitur. 10. ethicorum: ⁊. 12. metaphysicę. est autem rebus materialibus comprehensis perfectio pro quanto redeunt in suum finem reditione completa: etiam pro quanto pręparant nos ad vltimum finez. ⁊ ita concedendum est materiales res in tali vnione non beari: sed perfici: quantum suę naturę inest capacitas: vt dixit Auerroes.

¶ Volumus autem nunc ꝯcludere s̄monez nostrum: ⁊ cum hoc tibi demonstrare ⁊ breuibus verbis referre ordinez valde pulchrũ principiorum: vt ponit Auennasar. ⁊ est q̄dem radix vna eleuandi intellectum intẽdentib⁹ scire magna. dixit itaq; Auennasar principia per quę constituuntur corpora ⁊ ipsorum accidentia esse sex gradus altos ⁊ supremos: ⁊ vnaqueq; specierum continetur in aliquo illorum graduum hoc modo. vt prima causa in primo gradu. secũda in secũdo. intellectus agens in tertio. anima in quarto. forma in quinto. mã demum in sexto.

Com.25. ¶ Dum curiose libellum hunc lectitauerim cum Hieronymo Bernardo dñi Petri: ⁊ cum Antonio Justiniano dñi Pauli viris omnium scientiaruz eruditissimis: ⁊ inter nos de opere: an completum esset: an non: contigerit dissectatio in bibliotheca monastery Diui Joannis inuenimus additamẽtum hoc: quod incipit. [Volumus autẽ nunc concludere sermonem nostruz.] vbi omnes cõclusimus: ⁊ propter verba. ⁊ propter ordinem libelluz istuz absq; hoc: quod dicet esse incompletum. Idcirco me rogarunt vt prosequerer expositionem: ego autez dixi. nec hic finem esse datum: quare ociosa erit expositio. s; hinc inde rationibus inductis ad cęteri expositionem me contuli: siue completus sit libellus siue mancus. Cum nõ legerim eum proprio fonte: sat sit meam ⁊ eius mentẽ cuz his parabolis comitari. erunt eniz verba hęc quãtũcũq; balba: veluti custodes eorum quę de beatitudine sentimus. potissimum quum hęc ludendo scribamus: in hac nostra ętate. 22. annorum. si enim deus mihi vitam producet: altiora attingemus: ⁊ multo maiora etiã q̄ ea quę in libro de intellectu nunc scribimus: quum quasi simul hęc cum illis scribantur. Dicit igitur Auerroes primo se velle entia omnia: quę beatum faciunt reducere ad ordinem Auennasaris. Nam iste ordo facilitat ingenium ys qui volunt grauiora attingere. Dicit secundo. principia e quibus corpora omnia dependent ordinari in sex ordinibus siue gradibus: ⁊ in primo collocat deum: siue primam causam: qui est intellectus agens vt sol. In secũdo collocat causam secundaz vt angeli sunt: quos Plato vocat in Tymęo deos secundos. In tertio collocat intellectum agentem: ⁊ intelligit illum qui est quasi lumen: qui est vna substantia cum intellectu materiali: cuius signuz est: quia omittit intellectum materialem: vt hoc quia per intellectũ agentem ⁊ mãlez intelligit idem: vt diximus: sunt eni vna substãtia: differũt aũt ratione: vt. 20. cõmẽ. 3. de aia dicit̃. ⁊ per hęc tollitur contradictio. in. 4°. ponit̃ anima rationalis: Nã rationalis aia: vt sępe diximus capitur dupl'r. Uno mõ pro aggregato ex actu ⁊ potẽtia: ⁊ sic nõ differt ab itellectu materiali: vt loquimur in libro de intell'u. Alio mõ pro aggregato ex dianoea ex semine traducta: ⁊ intell'u deforis accedente: ⁊ sic est infra intellectũ: ⁊ supra formam: ⁊ est anima vna cõstituens hoiez in specie. In q̄nto gradu est formã: ⁊ hęc multos hz gradus: quos narrare nõ est opus nũc: veruz sũmus gradus est dianoea: quę est prima sensitiua ꝓpinquissima intellectui: imuz formaꝝ est forma elementaria: vnde. 2. phycę auscultationis. cõmẽ. 26. inq̄t. Sciẽtia igitur nãlis ꝯsiderat de esse formaruz quousq; ꝑueniat ad vltimã formarũ mãliũ: ⁊ p̄mã abstractarũ. Et hęc est dianoea: quę est vltima via contemplationis ⁊ per inclusionem: p̄ma vo abstractaꝝ per exclusionẽ: q̄a quęlibet supra hãc est abstracta: aut subdit: terminat̃. supple ad formas formarũ: hoc est intell'm agentez ⁊ mãlem: quę sunt medię in esse inter illas: sicut existimat̃ de forma hominis vltima: hoc est intell'u mãli: est eniz terminus cõsiderationis nãlis ꝑ exclusionẽ: q̄a illum nõ considerat: ⁊ q̄slibet formaz ifra illum. Et vtcũq; sit: ꝑ; dianoeam: quã nostri cogitatiuaz vocant: esse in primo ordine formaruz. In vltimo vo eẽ elementarias formas: demuz materiã ponit in. 6. ordine.

¶ Sed ambiges p̄mo in quo ordine ponuntur accidentia: secũdo qualis est hęc latitudo entiũ. tertio in omni latitudine est nõ gradus: modo mã non est non gradus entium: q̄a tũc nõ eẽt. ¶ Ad primũ videt̃ mihi esse dõm q̄ accidentia non sint per se in aliquo gradu entis: q̄a q̄d nõ est per se: non debet constituere aliquẽ gradũ entis ꝑ se. Idcirco in eo gradu entis sunt: cuius sunt accidẽtia: vt potentia mãę in gradu mãę: accidentia formaruz: in gradu formarũ: accidẽtia aię in gradu animę: ⁊ in cęteris dicatur suo mõ. ¶ Ad 2m videt̃ mihi q̄ hęc nõ est aliqua latitudo: q̄a nec vniformis: nec difformis: nec vniformiter difformis: nec difformiter difformis: habz tñ aliquaz similitudinẽ cũ latitudine: rectius aũt dicitur series: siue ordinatio habẽsq; rõnez cum latitudine difformi: q̄a primus gradus non est excessu vel ꝓportione duplus ad secũdum: ⁊ cęteri ad cęteros: hz etiam aliquã rõnẽ cũ vniformiter difformi: q̄a sicut p̄mus gradus excedit 2m: ita secundus tertium: ⁊ sic in cęteris: l; excessus vel proportio nõ sit ęqualis. ¶ Ad 3m q̄dam tenent non graduz latitudinis esse infinitũ modicũ illius: ⁊ q̄a infinitum modicum ens volunt eẽ materiam: idcirco nõ gradũ entiuz ponũt materiaz: aly ponũt non gradum esse priuationez

formarum: ⁊ sic materia erit in certo gradu entis: sed hęc relinquantur calculatoribus.

¶ Qđ est in primo gradu: nō potest esse plura: sed omnibus modis est vnum solū separatum: quę autem sunt in alijs sunt plura. ⁊ horuꝫ quidē tria: neqꝫ sunt corpora: neqꝫ ad corpus. vꝫ. prima causa. secūda causa. ⁊ itellectus agens: tria aūt alia: lꝫ non sint corpora sunt ad corpus. vꝫ. aīa: forma: ⁊ mā.

Com. 26. ¶ Declarat nūc partes latitudinis: ⁊ dicit pmo ꝙ entia q̄ collocātur in pmo gradu: non sunt plura: vel genere: vel specie: vel nūo: lꝫ vnū numero simpliciter: vt dicemus: quę sunt in alijs gradibꝰ sunt plura nūo: nam intelligētie plures: itellectus plures: aīę plures: formę plures. Dicit secūdo ꝙ pma tria: nec sunt corpora: nec virtutes in corporibus vt deus: secunda causa: ⁊ intellectus. reliqua tria lꝫ nō sint corpora: sunt virtutes in corpore: vt anima: forma: ⁊ materia. hęc enim omnia sunt partes corporis. Sꝫ dubitatur primo cōtra primū. Scdo contra zm. Contra primū quidē. Nam etiā intelligentia nō est plus vna in specie. Similiter ⁊ intellectus nō est plus vnus numero in specie: vt tenet ipse. itēqꝫ rationalis anima nō est plus vna in specie. ⁊ materia pma vna numero oīum formarum. Contra zm vo ambiges. Nam intelligentię ⁊ intellectus sunt ad corpora: qa sunt formę ꝯstituentes corpora. p auscultationis physicę. cō. 63. ¶ Pro solone primi debes scire ꝙ ꝺm Auer. deus est vnus numero ⁊ gradu: vt declarat Aristo. ⁊ Auer. p cęli. cō. 90. ⁊. 12. metaph. cō. 49. est qdem vnus numero: qa caret materia. In formis eni liberatis a materia nō est plus vno indiuiduo in specie. est vo vnus gradu: quia repugnat eē plura pma simpliciter cum latitudine certa: qa tunc nō essent pma. prima igitur causa est vna numero specie ⁊ gradu. Secūda causa: hoc est. intelligentia lꝫ quęlibet sit vna numero in specie: qa carent materia: tamen omnes sunt in vno gradu: qa participant eodē eē ꝺm magis ⁊ minus. ⁊ sic in secūdo gradu est pluralitas. Similr intellectus lꝫ sit qlibꝫ in sua specie vnus numero: quia carēt materia: tñ ambo vꝫ. materialis ⁊ agēs sunt vnius gradus: quia participāt eodem esse ordine quodam: loquor de agente pro lumine. aīa rationalis nō est vna numero: imo tot quot corpora. ⁊ hoc capiendo rationalē aīam pro aggregato ex dianoea ⁊ intellectu. sic enim constituitur anima rationalis: quę quidem in me est alia ꝓpter aliā dianoeā: ⁊ in te alia ꝓpter aliā dianoeā: capiēdo tamen pro aggregato ex potentia ⁊ actu: sic est intellectus ⁊ vna numero vt intellectus: sed vtcūqꝫ sit omnes sunt vnius gradus. Materię quoqꝫ plures sunt: quia cęlestis vna ⁊ generabilium altera: ⁊ omnes eiusdē gradus: ⁊ si differūt specie. ⁊ sic ad dubiuꝫ patet solutio. ꝙ lꝫ intelligētię differūt specie: ⁊ quęlibet sit vna numero in sua specie: tamē omnes ꝯstituūt vnū gradū. sic ⁊ intellectus ⁊ cętera alia. ¶ Ad zm dicēdum ꝙ Auer. per esse ad corpus intelligit esse formā dependentē a corpore in esse ⁊ conseruari. Modo hoꝝ sex tria neqꝫ sunt corpora nec ad corpus vt deus ⁊ intelligētia ⁊ intellectus tria sunt ad corpus anima: saltē q̄tuꝫ ad dianoeam. forma ⁊ materia: quia partes corporum: sine quibus eē nō possunt. Et sic patet solutio ad zm.

¶ Genera autem corpoꝝ sunt sex. vꝫ. corpus celeste: rōnale aīal: irrōnale aīal: vegetabile: minerale: ⁊ quatuor elemēta. summa vo ex his sex generibus cōposita est mundus: cuius propriam ⁊ primam causam credendū est esse altissimum deum benedictū. ipse eni est causa propinqua essentię secundorum ⁊ essentię intellectus agētis. Secūda vo sunt causę corporum cęlestium: ⁊ ab his proueniunt substantię horum corporum. essentia enim cuiuslibet corporis cęlestis dependet a quolibet secundorum. nam supmuꝫ secūdorum in gradu constituit eē primę sphęrę. infimuꝫ constituit esse lunę. media quoqꝫ q̄ sunt inter hęc: constituūt eē cęteraruꝫ sphęrarum: quę sunt inter has.

¶ Nūc cōstituit zam latitudinē corporū. ⁊ inquit. Genera aūt corpoꝝ sunt sex. vꝫ. corpus cęleste: qđ est in p gradu. post hoc est rationale aīal: postea irrationale aīal: postea vegetabile: postea minerale: vltimo quatuor elementa: q̄ tenēt locū materię. ⁊ sic habes duas latitudies. Dicit secūdo. sūma vo ex ijs sex generibꝰ. vꝫ. taꝫ in pma q̄ꝫ in za latitudine collocatis cōposita est mundus totus. Deinde declarat zam corporū latitudinē depēdere ex pma: ⁊ dicit tertio cuiꝰ ꝓpriā ⁊ primā causaꝫ credēdū est eē altissimū deū bñdictū. ⁊ declarat quō. ⁊ inquit. ipse enim est causa ꝓpinqua essentię scdoꝝ. hoc est intelligentiarū: ⁊ essentię intellectus agētis ⁊ etiā mālis. pꝫ itaqꝫ deū eē causam ꝓximā rerū imāliū. Deinde declarat quorū est causa mediata: ⁊ q̄si remota. ⁊ inquit. Scda vo vt itelligētię sunt causę corpoꝝ cęlestiū: ⁊ ab his cęlestibꝰ corporibus ꝓueniunt subę horū corporū sensibiliū. qđ declarat. d. eētia cuiuslibet corporis cęlestis depēdet a quolibet scdoꝝ. h est. singulū cęlū a ꝓprio ⁊ singulo motore. Nā supremuꝫ scdoꝝ in gradu vt pma intelligētia ꝯstituit eē pmę sphęrę infimū vt intelligentia lunę cōstituit esse orbis lunę. media quoqꝫ q̄ sunt inter hęc. hoc est. intelligētię itermedię constituunt esse cęterarū sphęrarū: quę sūt inter has. Com. 27.

¶ Ex ijs arguit. qcqd est cā cāę est cā causati: sed deꝰ est cā causarū oīuꝫ rerū. igit cā oīuꝫ. minor declarata est. nā est cā intelligētiaꝝ: q̄ sunt cāę orbiū: q sūt ēt cāę effectuū gñabiliū ⁊ corruptibiliū: ⁊ ita deus est cā oīuꝫ. ¶ Aiaduertendū ꝙ deꝰ est cā intelligētiarū: ⁊ intellectꝰ in triplici gñe causę: vt declaramꝰ in lib. destructio destructionū. disputatione 3a: vt finis. qa optimū in nā ⁊ sūme appetibile: vt forma: qa sūme intelligibile. Nā vt sic est forma oīuꝫ itelligētiarū vt efficiēs: qa pmū idepēdēs: qđ est cā oīuꝫ q̄ sunt post. ⁊ hoc qa in abstractis a mā nō differt finis a forma ⁊ agēte: vt. 12. metaph. cōmentis. 6. 36. ⁊. 41. quō vo ab vno ꝓueniant tot: in lib. destructio destructionū. ⁊. 12. metaph. com. 44. declarat. vlterius itelligētię sūt cāę cęloꝝ i triplici gñe cāę: qñ ꝯsiderant ꝺꝫ eē reale: vt formę nō tm̄ appropatę: sꝫ cōstituētes corpa cęlestia in eē: vt p auscultatiōis phicę. cō. 63. ⁊ i. z. de suba orbis. ⁊ in lib. de cęlo disputamꝰ: vt eni equus hꝫ spēꝫ a sua forma: sic cęlū hꝫ spēꝫ a suo motore: est eni motor aīa cęli: vt equina forma equi. verū equina forma cōstituit ⁊ constituit a subto eiꝰ. Illa vo (vt dicit) cōstituit tm̄ cęlū. Rem hāc absoluimꝰ in multis qōnibꝰ ⁊ tractabimꝰ. nūc vo (qa nō est locus) subijcimꝰ istud. ⁊ qm̄ forma ⁊ finis ⁊ efficiens sunt idē in separatis a mā: idcirco intelligētia est cā orbis ista triplici rōne. corpa vo cęlestia sunt cāę hoꝝ: vt Arist. inquit. z. de gnōne: ⁊ in meteoris vt efficiētia tm̄: ⁊ hoc lumine ⁊ motu. dici aūt pñt formę ⁊ fines: ꝑ quanto oē pfectiꝰ est forma ⁊ finis iperfectioris p politicę. Ulterius aiaduertēdū cām subę eē cām accidētiū: q̄ insūt ꝑ se

illi substantię. vt quoniam intelligentię sunt causę celoꝝ: sunt etiam causę omnium accidentium per se cęlis vt figurę motuum ꝛ lucis. Similiter anima quę est causa hominis est causa omnium accidentium eiusdem. ꝛ formę quę sunt causę corporum sensibiliū sunt causę omnium eorum quę insunt corporibus. Nam forma cum materia sunt causę omnium eorum quę insunt cōpositis. primo auscultationis physicę.

¶ Et numerus quidem secundorum est ſm numerum corporum celestium. ꝛ cum dico hic numerum: debes intelligere per modū causarum ꝛ causatorum. scis nãq̧ causam quę non est corpus non recipere numerū: nisi per modum quo est causa corporum numeratorum. hęc autem secunda sunt quę dicuntur angeli.

Com.28. ¶ Explicatis duobus ordinibus: soluit quęstiones/esse illos. Primo enim dixit in secundo gradu entium primę latitudinis esse pluralitatē ꝛ numerū. Dicet quis quot. Amplius videt ꝙ non. Nā numerus est q̄titas quę abstractis non competit. Tertio quę sunt illa entia: quę dicuntur secunda. Soluit primū ea secunda esse tot: quot sunt orbes: vt .12. metaphysicę explicatū est. Soluit 2m numerum tribui per se causatis: ꝛ ſm ratione causis: corpora enim cęlestia per se numerantur: animę ṽo eorum ratione ꝛ attributione. Sed dices. cęli numerantur per se: igitur sunt in materia: ꝛ sic erunt generales. Respōdet Auerroes .8. metaphysicę cōmento .12. ꝛ .12. eiusdem cō. 10. ꝙ habent materiam ęquiuoce dictam: ꝛ per ꝯsequēs non generabilem: ꝛ sic possunt recipere numerū ꝛ quātitatem per se: animę ṽo eorū per accidens. Soluit tertium. ꝙ illa secunda entia quę collocantur in secundo gradu sunt angeli. Angeli enim auctore Platone in Tymęo dicuntur dij secundi: quibus deus reliquit cęterum operis faciendū: sic igitur patet quis sit gradus p̄mus: quoniam est causa omnium alioꝝ: quisue secundus: quoniam causę secundę.

¶ Et intellectus quidem agens habet de sua virtute ꝛ opere prouidentiam quę est in animali rationali: ꝛ app̄hendere quidem illū: est vltimus gradus perfectionis animę nostrę: quia illud est finis ꝛ nostra beatitudo. Contingit aūt hoc: quū separatur: nec eget in suo esse re quę sit sub ea: vt est corpus materia vel accidēs: ꝛ in hac perfectione remanet semper. Et substantia quidē intellectus agentis est vna: q̄uis gradus suus cōtineat id quod dependet ab omnibus animalibꝰ rationalibus receptiuis beatitudinis: ꝛ hoc est quod vocatur spiritus sanctus.

Com.29. ¶ Explicat nunc tertium gradum entiū: in quo reponebatur intellectus agens: ꝛ dicit p̄mo ꝙ itellectus agens: qui est tertiꝫ gradus: habet in homine prouidentiā: quę est in animali rationali: ꝛ hoc potest itelligi ꝙ prouideat de animali rationali: ꝛ sic per intellectum agentem intelligeret deum. Hoc stare nō potest: quia deus ponitur in primo gradu. Dicas ꝙ nō incōuenit idem reponi in primo ꝛ tertio gradu sub rationibus diuersis: nam deus reponitur in primo gradu: sub ratione primi independentis, reponitur in secundo sub ratione qua efficitur forma hominis. Et si dicas: quod ponitur in p̄mo gradu est causa intellectus ꝛ omnium: igitur per intellectū non potest intelligi deus. Respondet ꝙ idem est causa sui: deus enī vt simplex ens ꝛ primū est causa: vt forma quę homini vnitur: potest esse causa copulationis: ꝛ per ꝯsequēs sui met: vel potest exponi ꝙ habet prouidentiā de homine: hoc est ꝙ sit prudentia hominis: nam per intellectū agētem intelligimus eum qui est quasi agens respectu hominis: pro quanto per ipsum constat homo: ꝛ sic intellectus agens erit idem qđ materialis intellectus: sed hoc ꝑpterea quę subdit stare non potest. Idcirco dicendū ꝙ intelligit eum agentem qui habet prouidentiam: hoc est intellectum materialem: quasi subiectum suum: ꝛ sic per intellectum agentem non intelligimus eū qui est vt sol: vt est deus: nec eum qui est principiū scientię vt propositiones: sed eū qui est vt lumen: qui cum intellectu possibili faciunt vnum compositum: saltem ex partibus ratione diuersis: vt sępius diximus: istud itaq̧ lumen hꝫ prouidentiam: idest intellectum materialem: qui est in animali rationali. Dicit secūdo. ꝛ appręhendere quidem illum est vltimus gradus perfectionis animę nostrę: quia illud est finis ꝛ nostra beatitudo. ¶ Sed contra. Nam per illum vel intelligit intellectum agentem quasi lumē vel quasi solem. si quasi solem: igitur in tam breui sermone equiuocasset. si quasi lumen: falsum est: quia beatitudo est summum bonum. constat autem lumen hoc esse valde infimum. Contradicit etiam sibi .12. metaph. commento .17. ꝛ .38. ꝛ in tertio de anima omnibus locis. ¶ Animaduertendum ꝙ homo duobus modis dependet a deo: vt formatum a forma: ꝛ vt factum ab agente. quare si reditus eius ad suum principiū debet esse perfectus ꝛ completus: decet hominē intelligere deū duobus modis. videlicet vt forma siue finis ꝛ vt agēs. ꝛ quidem vt formā intelliget deum per essentiam dei. vt ṽo agens intelliget eum per essentiam agentis: quod est lumen animę nostrę: quo fit vt vno fere actu beatus copuletur deo vt formę ꝛ lumini suę animę tāq̧ rationi per quam intelligit primum. ꝛ hęc vocatur perfecta copulatio. quare deus tm̄ non est beatitudo cuiuslibet intellectus: sed tm̄ sibi. neq̧ intellectus agens: qui est aliqd animę nostrę est fęlicitas. prima enī est nimis communis: vt constat. nec redit ad eum fęlix reditione completa. quęrimus enim fęlicitatem propriam. primo ethicorū. capite .9. igitur fęlicitas propria est compręhensio dei ꝛ intellectus agentis simul. ꝛ quum compręhensio ꝛ compręhensum sint idem: proculdubio beatitudo adequate erit intellectꝰ agens. hoc est. lumen nostrę animę: ꝛ deus ꝛ ita tot erunt fęlices quot fęlicitates ꝛ ecōtra: alia videlicet lunę: alia mercurij: alia veneris: aliaq̧ aliorum: prout essentię illarum sunt alię. Tunc dicendum ꝙ per illū intelligit agentem quasi lumen: ꝛ vlterius vult in eo consistere beatitudinem non totaliter: sed partialiter ꝛ designatiue: vt diximus. Nam ille est finis ꝛ nostra beatitudo: saltem partialis. ¶ Declarat tertio. quando fiet hęc fęlicitas. ꝛ inquit. contingit autem hoc: quum anima ipsa separatur tali separatione. videlicet ꝙ pro operatiōe ꝑpria non egeat corpore vel virtute corporali. vt quando adepta est totum intellectum speculatiuum. tunc enim operabitur non per conuersionem ad phantasmata: sed per essentiam intellectus agentis: tunc labore humano non egebit anima pro sciētia eius: sed deus erit sibi sciētia: tunc nō vtet̄ syllogismo: definitione: enthymemate: exēplo: vel alio instrumēto dialectico: nec inuētiōe: nec disciplina: sed deo intelliget: deo operabitur: ita deus illi erit

operatio:scientia:actio:⁊ intellectio: veluti sibi.addit.⁊ in hac perfectione remanebit semper. ¶ Contra.quia corrumpitur intelligere quodam interius corrupto: vt in libro de anima scribitur. Dici potest ꝙ in hac perfectione remanet semper quantum ad partem intellectus materialis.nam apud Auerroem intellectus materialis semper manet: ⁊ ille debꝫ semper esse copulatus alicui: ⁊ maxime bono. Sed de hoc in.3.de anima.cōmēto.20. Uel pōt dici ꝙ hęc beatitudo semper remanet.nam hęc beatitudo est deus ⁊ lumen animę nostrę.⁊ hęc duo semper remanent.quare beatitudo semper remanet:lꝫ beatꝰ desinat esse apud eum. ¶ Dicit quarto.ꝙ lꝫ substantia intellectus agentis sit vna:continet tamen id quod dependet ab omnibus animalibus beatificis. Naꝫ cōtinet dianoeam:quę traducitur ex semine in omnibus animalibꝰ rationalibus. ¶ Dicit quinto.⁊ hoc est quod vocaṫ spiritus sanctus.vult itaqꝫ intellectum agentē:qui est quasi lumen vocari spiritus sanctus. Naꝫ hoc intelligimus.ꝫ scientias ipsas adipiscimur:hoc quoqꝫ beamur. Uerūtñ animaduerte hunc non esse spirituꝫ sanctum:qui est tertia persona in diuinis:quem catholici describunt:sed est spiritus sanctus: capiendo spirituꝫ sanctuꝫ pro omni forma simplici ⁊ perfecta. Et sic patet tertius modus.

¶ Res autem illę principiorum:quę sunt in gradu aię:sunt plures.earum enim sunt animę celorum: ⁊ earum sunt animę rationabilium aīalium: ⁊ earum irrationabilium.

Com.30. ¶ Quartus gradus erat in quo animę collocantur.idcirco distinguit animas in tres:in cęlestem.videlicet rationalem ⁊ irrationalem.tacet autem vegetatiuam.quia illa non est anima beatifica:vel forte magis ordināda est cum gradu formarum.pertractabit autem has tres per ordinem ⁊ potentias earum.

¶ In anima autem rationalium animalium continetur virtus rationalis:motiua:imaginatiua: ⁊ sensibilis.

Com.31. ¶ Partes rationalis animę nunc complectitur: ⁊ diuidit totum hoc in quatuor virtutes:rationalem: motiuā:imaginatiuam: ⁊ sensibilem. ¶ Animaduertendum animaꝫ rationalem apud Auerroem esse compositum quoddaꝫ ex sensitiua: humana: ⁊ itellectu materiali.sensitiua quideꝫ e parte seminis,intellectu ꝟo e parte deforis.est aūt sensitiua totum quoddam potestatiuuꝫ: cuius primaria potestas siue virtus est quam gręci dianoeam vocant. Auerroes quandoqꝫ cogitatiuam:quandoqꝫ imaginatiuam:quę differentia ab ipsis translatoribus contingit. Nam in lingua eius habere debet nomē designatū.vtrū ꝟo materialis intellectus sit totum aliquod potestatiuū: posterius dicemus. Rationalis igitur anima quum ex sensitiua ⁊ intellectu redundet:videtur quoddam totuꝫ: in quo etiam potestates plures continentur vt virtus rationalis: imaginatiua siue cogitatiua: quę gręce dianoea est ⁊ sensibilis:qui sensus communis dicitur. virtus rationalis est intellectus materialis:qui est actus totius sensitiuę partis. Et si dicatur ꝙ Auerroes.3.de anima.cōmento.6.enumerat rememoratiuam: ⁊ tacet motiuam. Dicendum ꝙ vbi non expostulat determinationem:sat est eum loqui vt plures vt facit hic:ibi enim loquitur proprie:hic per communia.

¶ Uirtus quidem enim rationalis ea est qua homo appręhendit artes ⁊ scientias: ⁊ qua etiam dephenduntur conueniens ⁊ disconueniens in operationibus ⁊ virtutibus moralibus: ⁊ id quod est conueniens facere vel non facere iuuatiuum vel nociuum: delectabile vel triste.

¶ Ecce quomodo per virtutem rationalem vult intelligere mentem.hoc est.intellectum materialē. Nam nulla alia virtute hęc omnia depręhēdimus:nisi intellu materiali. ¶ Animaduertēdum ꝙ ea quę insunt nobis ꝑ hāc virtutem quatuor sunt.vꝫ.ars:scientia:actus: ⁊ electio:vt primo ethicorum scribitur: ⁊ hęc quatuor tāgit. Naꝫ ibi. [Et qua etiam] tangit actiones humanas. Ibi. [Et id qđ est conueniens] tangit electionem. Hęc eniꝫ quatuor nobis insunt ab intellectu ipso materiali. Com.32.

¶ Et de hac quidem quędaꝫ est speculatiua ⁊ quędam practica:practicę ꝟo quędaꝫ artificialis quędam cogitatiua.speculatiua qdeꝫ ea est qua homo adipiscitur cognitionē rerū:quę nō possunt fieri ab homine.practica ꝟo qua cognoscitur quod potest homo facere: ⁊ quod ptinet ipsi homini facere.artificialis est illa qua appręhendit omnes artes mechanicas. cogitatiua ꝟo qua puidet homo si est cōueniens facere vel non.

Com.33. ¶ Rationalem virtutem prima sui diuisione diuidit in speculatiuam ⁊ practicam.vtrum ꝟo practicum ⁊ speculatiuum sint partes rationalis virtutis an habitus:in libro de intellectu omitto:vbi ad longuꝫ hęc omnia declaramus:practicam secat in duo.nam alia artificialis.hoc est.factiua:alia cogitatiua.hoc est.actiua:omnis eniꝫ praxis:primo ethicoruꝫ:vel est actio vel factio.speculatiua quidem est eoruꝫ quę non sunt in actione vel factiōe nostra:quam Aristoteles 6° metaphysicę.diuidit in tres/naturalem/metaphysicam ⁊ mathematicam. practica ꝟo est eorum quę sunt in posse nostro.artificialis quideꝫ siue factiua eoruꝫ quę manu facimus.cogitatiua siue actiua eoruꝫ quę habitu agimus vt moralis scientia: ⁊ apud alios logica.vtrum ꝟo hę sint partes rationalis intellectus vel potētię vel habitus:in libro de intellectu remittimus:quem nunc facimus vt in eo resoluantur occulta:quę hac iuuentute ludendo adinuenimus.

¶ Motiua ꝟo est per quam est motus humanus ad prosequendum: vel fugiendum delectando vel abhorrendo: ⁊ ab hac cōtingunt odium ⁊ beneuolentia:timor ⁊ audacia:ira ⁊ mansuetudo:crudelitas ⁊ pietas: ⁊ alię animę affectiones.

Com.34. ¶ Quam nunc Auerroes motiuaꝫ vocat:alij ⁊ ipse alibi phātasiam vocare solēt. Nam phātasia est motus pncipium: ⁊ inde nomēmotiuę sortitur.vtrum autem hęc in homine ⁊ cęteris animalibus sit vnius rationis:in libro de aīa ⁊ de sensu relinquimus:quę dicit patent.

¶ Et illa quidē est imaginatiua:quę impressiones reruꝫ sensatarum conseruat postqꝫ a sensibus abierint: ⁊ componit vnam cū alia ⁊ separat vnaꝫ ab alia ⁊ in somno ⁊ in vigilijs:cōpositiōes ⁊ separationes dico in parte veras ⁊ in parte falsas. ⁊ cū hoc etiaꝫ appręhendit iuuatiuum ⁊ nociuuꝫ: ⁊ alia quę

in virtute rationali supradicta sunt.

Com. 35. ¶ Hec imaginatiua ab Auerroe alibi appellatur cogitatiua: alibi aliqua ratio: alibi itellectus materialis particularis: secūdo eni de anima cōmen. 63. vult hāc cogitatiuā apphendere intentiones indiuiduales omnium decem pdicamentorum. Itemq̧ tertio de anima. cōmen. 6. vult illam esse aliquam rationem: differreq̧ ab intellectu: q̄a ille vniuersaliter & abstracte apphendit formas: hec vo particulariter & signatim: & ibidem. cōmen. 20. inquit q̧ hec virtus est aliqua ratio: quia sicut itellectus materialis qui dicitur ratio simpliciter ratiocinatur de reb⁹ vniuersaliter apprehensis: sic hec virtus de rebus indiuidualiter cognitis: & discurrit de vno in aliud pro cognitione ignoti: & alia multa dicit: que breuiter consistunt. q̧ hec virtus tātā habet vim: quātam itellectus materialis: solo hoc differēs ab itellectu: q̧ ille vniuersaliter cognoscit: hec idiuidualiter: eo homines generaliter discurrūt. hac vo particulariter: propter quod hec est homini propria: in nulloq̧ animalium reperta: & est intellectui cognatissima: sibiq̧ adiumento ceterarum subseruiēs. Unū eam greci dianoeam vocant. Auerroes nunc interprete translatore vocat imaginatiuam: alibi autem interprete alio vocat cogitatiuam. q̧ vo vnam eandemq̧ potētiā intelligat: patet per ea que sibi tribuit: nec curauit ordinem seruare: dum premisit phantasiam: quia he possunt multis modis ordinari. Et si dicas: hanc conseruare eum dixisse: responde q̧ intelligit effectiue: non autē subiectiue: vt dicam.

¶ Sensibilis autez manifeste est illa qua sensata apphenduntur quinque sensuum & delectabile & triste: non autez iuuatiuum & nociuū: nec conueniens ab inconuenienti.

Com. 36. ¶ Hanc vim alibi vocat sensum cōmunē: cuius effectus est apphendere sensibilia sensuum exteriorum: & inter illa differentiam & conuenientiam colligere: erit igitur hic ordo: pma virtus est sensus cōmunis: quem virtutez sensibilem vocat. secūda phantasia: quā motiuaz vocat. tertia est imagiātiua: siue dianoea: siue cogitatiua. subticuit memoratiuā: q̄a non est locus nunc explicationis. Extra has superior & vniuersalior est virtus rationalis: que est intellectus materialis: prime omnes sunt organice: tertia est penitus abstracta: hec quinque sunt anime rationalis facultates: siue virtutes: siue potentie. verum quatuor insunt ei a parte anime sensitiue. Rationalis vo a pte deforis accedente.

¶ Sed in quibusdam animalium irrationabilium reperiuntur tres virtutes: preter. vz. rationalem: in quibus quidem imaginatiua stat loco rationalis: quam habet animal rationale: & in quibusdam reperiuntur solum motiua & sensibilis.

Com. 37. ¶ Soluit questionem. vz. vtruz in omnibus animalibus ille quatuor facultates cōperiantur: veluti potentie proprie eorum animaruz. Respondet q̧ in nullis reperitur rationalis vis: sed bene in quibusdam reperiuntur tres: sensibilis. vz. motiua: siue phantasia: & imaginatiua: siue cogitatiua: verum cogitatiua stat in eis loco rationalis: & loco intellectus. In quibusdam etiam tm̄ sunt phantasia: siue motiua & sensibilis: tres quidem reperiuntur in animalibus proximis homini: due vo tm̄ animalib⁹ imperfectis: sed vtcunq̧ sit facultates he non vna specie et ratione insunt hominibus & animalibus: sed sunt diuersarum rationum: vt in libro de aīa omitto ptractari.

¶ Anime vo corporum celestium diuersificantur ab his animabus in esse ipsa re & specie. Nam per has animas quas habent corpora celestia stant & mouentur motu continuo & circulari. & recipiunt multam nobilitatem & perfectionem.

¶ Nunc de celoruz animabus proponit: & vult primo q̧ conueniant: secūdo q̧ differunt: conueniunt quidez: quoniam vt anime animalium constituunt animalia in specie & genere: & sunt cause omnium eorum que per se insunt illis: sic aie celestes sunt cause omnium eorum que insunt celis: & constituunt celos in specie & genere. Com. 38.

¶ Et sunt nobilioris essentie q̄z sint aie que sunt anime: que sunt apud nos.

¶ Nunc ponit differentias: & est prima differentia q̧ anime celestes sunt pstabiliores q̄z aie nostre: quod quomodo sit: non exponit: sed in libro de substantia orbis dixit. Uoluit eniz has esse prestabiliores: quia constituunt celos: & in specie eos reponunt: & non constituuntur: anime nostre constituunt subiectum & constituuntur: idcirco ille separate dicuntur: he coniuncte ac materiales: ille intellectus: he sensitiue: he diuine: he caduce: & hec differētia est in esse & essentia. Com. 39.

¶ Nec sunt in potentia aliquo tempore: sed actu semper. quoniam intelligibilia ipsaruz: nec defuerūt: nec desunt ipsis a pricipio earum: quia id quod intelligunt semper intelligunt: anime vo nostre primo sunt in potentia: postea reducuntur ad actū: & accidit hoc ab aptitudine: quam habent ad recipiendūz intelligibilia.

¶ Secūda differentia est q̧ anime celorum sunt in actu: nostre quandoq̧ actu: quādoq̧ potentia: ille semper intelligunt: nostre interdum sic & interdum non: ille semp sunt beate: nostre post lōgos labores: ille semper mouēt: nostre interdum labore ducte: quiescūt. causa est quia ille sunt liberate a potentia: nostre sunt mixte aptitudini: hoc est potentie: naz rationalis anima ea ex parte qua ex dianoea componitur: potentialis est: & non semp in actu: anima vo celi: quum sit omnino simplex: omni potentia caret. Longam questionem faciemus in libro celi. vtrū intelligētie dent esse orbibus: vt Auerroes tenet hic: nūc vo sit dictum intātum. Com. 40.

¶ Et corpora quidez celestia non habent de anima sensibilem: neq̧ imaginatiuā: lz ipsorum anima intellectiua sit similis anime rationali aliqua parte assimilationis.

¶ Tertia differentia est q̧ anima celi non habet facultates seu potentias sentiendi vt sensum cōmunem & imaginatiuam: & ceteras id genus: anima rationalis habet eas: vt dixit. Dicit tamen animam celi aliqua ratione esse similem anime rationali: pmo quia constituit celū: vt anima rationalis hominem. Secundo. quia est principium omnium eorum que insunt celo: vt rationalis est causa omnium eorum que insunt homini: & ppter alias causas Auicēna putauit celos habere phantasiam: & eoruz animas de potentijs sensibilibus habere imaginationē ait. Simplicius plures sensus sibi tribuit. ¶ Sed cōtra arguit Auerroes secūdo celi. cōmēto. 37. si inquit haberent Com. 41.

phantasiam:haberent instrumentum sensus:⁊ si haberēt instrumentum sensus:essent eis propter salutem:⁊ si propter salutem possent eis accidere occasiones:hęc omnia patent in expositione nostra: veruꝫ breuiter deducūtur: si cęli habent phantasiam:habent etiā sensus exteriores: quia phantasia est motus factus a sensibus ꝑm actuꝫ.2° de anima.habēt sensus exteriores:igitur sensoria:hoc est instrumenta illorum:vt oculos:aures:linguam: ⁊ cętera alia:si habent sensus ⁊ organa:igitur essent hęc omnia sibi data ꝑpter salutem:hoc est vt euitent pericula:nā hęc est causa quare sensus ⁊ sensoria animalibꝰ donata sunt: vt dicit Aristo.in libro de sensu:⁊ si ꝑpter salutē eis hęc tributa sunt:contingeret eis accidere occasiōes ⁊ pericula:vt fractura oculorum:surditas ⁊ id genus:nam potentia est contrariorum vna ⁊ eadem.Alias rationes tetigimus in libris aliꝭs.hęc satis.

¶ Et intelligibilia ipsorū sunt substantię abstractę a materia:quia quęlibet anima illoꝝ intelligit primum ⁊ se:hoc est suum esse qđ debaath appellatur:de secundis ꝟo intelligit zobar:quod dedit sibi suum esse.

Com. 42. ¶ Quarta differentia est ex parte intelligibilium:nā animę cęlorum non intelligunt nisi abstracta a materia:qa quęlibet anima illorum intelligit primū ⁊ se:hoc est suū esse:quod Arabice dicitur debaath: hęc autem sunt abstracta.De secundis ꝟo entibus anima cęli intelligit zobar:quod est illud quod dat sibi esse.Zobar enim arabice dans esse interpretatur.¶ Animaduertēdum ꝙ anima cęli dependet simpliciter a deo:verum mediante intelligentia proxima:vt intelligētia Jouis depēdet a deo mediante intelligentia Saturni:deus enim ⁊ ꝓximę intelligentię sunt causę vltimę:deus vniuersalis causa,vltimę proximę ⁊ particulares:vt enim sol ⁊ homo sunt causa hominis:sic deus ⁊ intelligētia Saturni causę sunt intelligentię Jouis:⁊ sic in aliꝭs:vt.12.metaphysicę.cōme.44.dicitur:⁊ in libro destructio destructionum.sic igiť patet obiecta intellectuum abstractorum esse entia per essentiam separata.

¶ Nobiles autem gradus intelligibiliuꝫ qui sunt apud nos:ꝗuis sint nobiles in intellectu:quum ipsi sint in materia:ab animabꝰ cęlorū non intelliguntur:nam gradus ipsorū intelligibiliū est multo nobilior ꝙ̄ sit gradus intelligibilium quę sunt sub ipsis.

Com. 43. ¶ Dictum est animas cęlorū non intelligere:nisi entia ꝑ essentiam abstracta:petet quis vtruꝫ intelligere possunt formas materiales:quę intelliguntur a nobis.Respondet ꝙ non.Tum quia illę sunt in materia:⁊ nihil abstractum intelligit materiale.Tum vel maxime: quia obiectum intellectus earum est multo nobilius formis materialibus:⁊ per consequens non intelligunt formas materiales:quia vilescerent.¶ Sed hę rationes non valent. Prima non,quia tunc intellectus materialis non intelligeret formas materiales:quia ille est per essentiam separatus:lꝫ constituat hominem:vt anima cęli per essentiaꝫ est separata:lꝫ constituat cęlum.Secunda minime:nam intellectus noster in statu intelligit substantias separatas:⁊ formas materiales:⁊ illud nō est vilescere:sed pluribus modis perfici:vt tertio de anima.cōmētis.5.⁊.36.

¶ Circa igitur hęc dubitamus.Primo.quomodo animę cęlorum:siue intelligentię:siue angeli intelligat deuꝫ. Secūdo.quomodo intelligant se.Tertio.quomō intelligant hęc inferiora:quomodoue superior intelligat inferiorem.¶ Ad primam Theologi inter se differūt:⁊ fortasse ab Auerro.¶ Diuus Thomas vult animam cęli: siue angelum:siue intelligentiam deum intelligere naturaliter per essentiam non quidem dei:sed suimet intelligentis.Persuadet hoc ipse:quia angelus:siue anima cęli est dei similitudo:siue speculuꝫ:pro quanto dependet ab eo:sic igitur anima cęli per essentiam propriam sibi:tāꝙ̄ per rationem intelligendi deum ipsuꝫ intelligit.Hęc autem cognitio apud eum non est intuitiua: sed quasi abstractiua.¶ Sed contra hanc positionem theologi quidam:qui subtiles perhibentur:arguunt primo.quia non magis per essentiam propriam deus intelligetur ꝙ̄ per speciem deriuataꝫ a deo.Secūdo.quia hęc cognitio eēt syllogistica:quia esset a ratione cognoscendi cognita.Nā species intelligibilis est ratio cognoscendi: non cognita essentia angeli:qua deus intelligitur eēt ratio cognoscendi ⁊ cognita:⁊ per consequens angelus cognosceret deuꝫ syllogismo:qđ negant.Tertio.ante demonstrationē opꝫ cognoscere quid nominis subiecti:⁊ quia.sed deum non cognoscunt intelligētię:nec quid nominis:nec qa.Quarto.omne principiuꝫ cognoscendi aliud cōtinet illud virtualiter saltem:sed essentia angeli non ꝑtinet deū virtualiter.igitur non est ratio cognoscendi deuꝫ.ꝑpter hęc tenent ipsi ꝙ angeli cognoscunt deum per specieꝫ deriuatam a deo:⁊ quia hęc species est cum angelis concreata: idcirco hęc cognitio erit naturalis:probant hanc quibusdam rationibus acceptis ex verbis theologorum:⁊ quia nos procedimus ex rationibus naturalibus,omittimus. Persuasio tamē naturalis hęc est,ꝙ hęc species est magis conueniens naturę.¶ Sed pace horum:hęc species est figmētum:pluralitas enim ꝑmo auscultationis physicę semper est euitāda:ad qđ enim species poniť:essentia eius sufficit:igitur superfluit.Secūdo.omnis species est abstractior eo a quo abstrahiť:deo nihil abstractius: igitur deus nō potest intelligi per specieꝫ.Tertio.omne quod īmediate depēdet a deo:est substātia.12.metaph. cōmēto.36.⁊ sic illa species erit substātia:quod nō concedunt.Quarto.de sempiternis accidentibus:solus motus est eternus.12.metaphysi.cōmēto.41.Quare hęc spēs non erit accidēs.Quinto.vel hęc species est ratio cognita ab angelo:vel nō:si sic.igitur vt ipsi arguunt:cognitio quam habēt angeli de deo erit syllogistica.si non:tūc angelus non intelligit omnia citra deum:⁊ certe isti vt noua dicāt:ducti sunt ad hāc isaniam: propterea dicamus: vt colligitur ab Auerroe.3.de anima.cōmēto.14.⁊.12. metaphycę.cōmento.38.⁊ alibi:ꝙ anima cęli:siue sit angelus:siue itelligētia:tot modis deum itelligit quot ab eo dependet.Dependet autem ab eo dupliciter:vt a forma ⁊ fine:⁊ vt ab agente.Est enim deus apud Aristoteleꝫ ⁊ Auerroem causa intelligentiarum tripliciter: vt forma finis ⁊ agens.Ipsa igitur intelligentia vt effectus dei intelligit deum per essentiam suāmet:hoc est intelligentię vt formatuꝫ ⁊ finitum qđdam intelligit deum per essentiam dei:est enim deus forma intellectuum separatoruꝫ: ⁊ per cōsequens intellectio sibi ⁊ omnibus illis:vt igitur sibi est intellectio per essentiam:ita cęteris.Deus igitur in ratione agentis intelligitur ab intellectu inferiori per essentiaꝫ inferiorem:vt forma ⁊ finis:intelligitur per essentiam dei.Tunc rationes cōtra hoc nullę sunt.¶ Ad primaꝫ patet ꝙ magis per essentiaꝫ:quia species illa repugnat naturę angeli.¶ Ad secūdum respondet Auer. 12.metaphy.cōmēto.51.ꝙ syllogistica cognitio est prius in potentia:deinde reducitur ad actum: angelus autem semper stetit in actu cognitionis dei.lꝫ igitur ex parte

nostra

nostra videatur cognitio syllogistica:non tamen ex parte angeli:qui semper stetit in actu.¶ Ad tertium.veruz est antecedens:sed cognitio hęc angelica non est demonstratiua:sed simultanea:& semper in actu.¶ Ad quartuz dicendum.ꝙ omne principium & ratio cognoscendi:debet continere in actu vel virtute cognitum:vel contineri ab illo:modo essentia angeli continetur:& nō ꝯtinet.Uel dicatur ꝙ continet virtualr & istrumētaliter:non aūt pn̄cipaliter:patet igitur modus quo animę celorum deum intelligant.¶ Dubitatur secūdo.vtrum angelus cognoscat se:& qua ratione.Respondet diuus Thomas ꝙ angelus cognoscit se per essentiam propriam:ita vt essentia sit sibi intellectio:quēadmodum deus per essentiam seipsum intelligit.Ratio eius est:quia intellectio hęc est ratio imanens:igitur res intellecta est vnita intelligenti: nihil autem est magis vnitum intellectui angeli q̄ propria essentia:igitur propria essentia est ratio intelligendi semet:& intellectio:vnde essentia angeli superioris est intellectio sibi:& intellectui inferiori.¶ Theologi quidaz qui subtiles habentur:impugnant hoc.Primo.quia eēntia non informat intellectum:igitur non est actio immanens.Secundo agens & actio & actum distinguunt̄ realiter.Dicendum apud Aristotelem & Auerroem vbiq; cū Thoma Philosophorum pręstantissimo:ꝙ angelus ꝑ essentiam intelligit se:in separatis enim a materia idem est intellectio:& res itellecta:quare essentia angeli est intellectio:& res intellecta & intelligendi ratio:nec differūt hęc in angelo:sed ꝯm nostrum moduz intelligendi attribuuntur angelo intellectus intellectio & essentia:attributa enim in illis non distinguūtur:nisi ex parte nostra.12. metaphysicę.commento.39.Hęc tria angelis attributa sunt:intellectus videlicet:intellectio:& ratio intelligendi: quare in illis vnum sunt & idem:lꝫ in nobis distinguant̄. ¶ Ad primum dicendum.ꝙ hęc actio est plusq̄ imanens:quia lꝫ non informet: obiectum & intellectus sunt idem omnino.¶ Ad secundum dicenduz hanc opinionem non esse actionem:nec passionem:idemq; ibi nō eē agens:nec factum:nisi quadam ratione accepta a nobis: quia hęc sunt attributa illis a parte nostra:modo attributa in eis non distinguuntur realiter.Et hęc non intellexerunt illi:lꝫ habeantur subtiles.Apud autem me crassiusculi sunt:quum enim in eis studium consumpserim annis pluribus:semper inueni eos Aristoteli aduersantes: & si semper plusq̄ Peripatetici habeantur.¶ Petebat̄ tertio quomodo angeli cognoscant formas materiales. ¶ Ad hoc respōdet Diuus Thomas:& vult p̄mo ꝙ angelus non cognoscat hęc materialia per essentiam propriam.Secūdo dicit.ꝙ cognoscit hęc per species cōcretas.Tertio.ꝙ quāto angelus est superior:tanto per pauciores species intelligit & vniuersaliores.Primuz psuadet ꝙ essentia angeli est determinata ad genus & speciē: igitur nō est ratio cognoscendi omnia omnium generū. Secūduz persuadet:quia angelus est completus in specie:igit̄ nihil sibi deficit pro ꝑfectione speciei:quare species oium rerum cōnascuntur ei:aliter esset imperfectus in specie:& sic egeret vniōe ad corpus:vnde & decima ꝓpositione de causis dicitur omnis intelligentia est plena formis.Tertium persuadet.quia deus per essentiam entis intelligit omnia: igitur propinquiores deo per pauciora intelligunt.Quidaz redarguunt eum:sed quoniam alibi hęc latius pertractabuntur.Dicamus primo apud Aristotelem & Auerroez.12.metaphysicę.cōmēto.51.ꝙ intellectus diuinus & cęterę intelligentię intelligunt hęc non accipiendo cognitionem a rebus:et quantuz ad hoc bene dicit Thomas.Primo.quia nulla intelligentia erit optima substantia,naz vltima perfectio est in actu scōo. igitur si ille actus non sit eius substantia:substantia eius non erit optima:quia aliud est suum optimuz.Secūdo. tunc continuatio intellectionis esset laboriosa: quoniam potentia solūmodo receptiua erit:est potentia contradictionis apud eū in.9.talis aūt non potest esse actui semper coniuncta nisi cum labore.Hę sunt duę ratiōes Aristotelis.¶ Ulterius accipiēdū apud Arist.ꝙ intelligentię sunt causę rerum subordinatę:ordie videlicet quo celi ordinantur & orbes:est autez hic ordo:ꝙ effectus vniuersaliores reducuntur in causas vniuersaliores:propter quod infima intelligentiarum est illa lunę:quia est causa infima:sup̄ma est deus:qa est causa totius entis.¶ Tūc dicendum apud Auerroem & Aristotelē.ꝙ intelligentię intelligunt formas materiales:prout sunt causę earum: vt enim deus intelligit omnia:quia est causa omnium:et intelligendo ens:quod est sua essentia.12.metaphysi.cō. 51.sic intelligentia proxima deo intelligit hęc: prout est causa horum:& per eius essentiam:quę est ratio producēdi hęc:& tertia intelligit hęc per rationem suę essentię:ꝓut cōcurrit.ad hęc sub ratiōe inferioris gradus:& sic vsq; ad animam lunę.Hęc positio declarabitur in libro destructio destructionū.¶ Tunc ad primum dicēdum.ꝙ essentia angeli:lꝫ sit determinata ad genus & speciem:est illimitata respectu horum:quia virtus eius causatiua est vniuersalis apud Aristotelem:& sic prout est causa:intelligit hęc.Secunda persuasio facit pro nobis:quoniaz eni angelus est cōpletus in specie:igitur nihil deficit suę essentię:& per consequens non eget speciebus:quibus perficiatur.Tertia etiam facit pro Philosophis:nam deus intelligit omnia per essentiam.quia causa est oium.igit̄ secūda proxima causa intelliget omnia per rationem inferiorem.quę cōpetit suę essentię & sic de cęteris:nō igit̄ sunt necessarię species:rationes autez quas diximus cōtra Auerro.qualiter valeant:ex ỹs patet.

¶ Nec pluralitas intelligendi est deputata ꝓ vltima nobilitate:vides eniz primum se soluz intelligere:q̄uis sit quodāmodo omnia entia:quuz igitur se intelligit:iam omnia intellexit per illū modum:quia quodlibet ens recipit eē suum ab eo:itaq; pluralitas intelligendi pluralitas non est:& quidem ipsorū secūdoꝝ intelligere diminutū est ab illo:nā qōlibet horum intelligit se & primū:& solutio huius qōnis dimittatur in aliū locuz.

¶ Ambiges.quia plura intelligere est maioris perfectionis:igitur quanto angelus est superior:tanto plura intelligit.consequens falsum:quia quanto superior tanto per simpliciorem rationem intelligit.Respondet negando antecedens: nam pluralitas intelligendi nō attributa nobilitati:signum ponit:quia deus est optimum: & non intelligit nisi se:& quia dices:igitur cętera ignorabit: quasi respondendo inquit.ꝙ etiam intelligit cętera intelligendo se:quia est quodāmodo omnia:eo quia omnia dependent ab eo:sic igitur patet non tribui nobilitati plura intelligere.Secundum signum ponit ꝙ intelligere intellectuum inferiorum est diminutum comparatione ad illud dei:& hoc pro tanto: quia quęlibet earum intelligit se & deum: igitur plura intelligere astipulabitur potius ignobilitati.¶ Sed dices quęlibet inferior intelligit se & deū:igitur intelligit deum:& per consequens omnes intellectiones earum erunt equales.Jaz diximus supra ꝙ Com.44.

omnes intellectiones animarum celestium sunt equales: quia omnes sunt deus: non tamen simpliciter equales ex parte conditionum: et modorum intelligendi: et sic patet quod quanto intellectus accedit ad plura intelligenda: tanto accedit magis ad potentiam: ac priuationem: et per consequens ad imperfectionem. Questionem tamen hanc transmittit ad tempus. ¶ Animaduertendum quod intelligentia intelligit superiora et inferiora: quanto quidem enim intelligentia est inferior: tanto intelligit deum per plura media: intantum quod intellectus lune intelligit deum per omnes intelligentias medias: intellectio autem quanto pluribus medijs est: tanto minor erit: quare bene Auerroes vult intellectionem esse minorem in intellectu inferiori: quia plura intelligit. Similiter intellectus lune respectu horum inferiorum se habet: nam intelligit hec per suam essentiam: sua autem essentia est valde ad multitudinem et ad potentiam accedens: quare et imperfectius intelligit: igitur tam superiora quam inferiora imperfecte intelligit.

¶ Anime autem inquantum perseuerant in esse ipsarum: nec faciunt opiniones earum: sunt virtutes et preparationes solum preparate ad recipiendum impressiones rerum que recipiuntur. verbi gratia. vt est virtus visibilis antequam videat: et imaginatiua antequam impressiones rerum imaginabilium et ijs similia: vsque ad hunc punctum ipse sunt forme: verum quando impressiones sunt recepte in ipsis in actu vz. impressiones sensatorum in virtute sensibili et impressiones imaginabilium in virtute imaginatiua et impressiones intelligibilium in virtute rationali sunt separate a formis: neque sunt forme nisi per viam similitudinis: et que sunt longiores ab his vt dicantur forme sunt impressiones intelligibilium: que accidunt virtuti rationali: ipse namque sunt possibiles esse separate a materia: similitudo etiam ipsarum existens in virtute rationali est multum longinqua a similitudine coniunctionis forme cum materia: et quando accidit quod intellectus in actu est similis intellectui agenti: tunc non debet vocari intellectus forma: nec similis forme.

Com. 45. ¶ Egit de ijs que reponuntur in primo: secundo tertio: et quarto gradibus. nunc de formis que reponuntur in quarto gradu entium vult loqui: et accipit primo quod forme sensiles possunt comparari ad animas siue potentias anime dupliciter. Uno modo vt anime accipiuntur quantum ad earum esse: non vt operantes: vel recipientes: hoc est possunt comparari ad facultates anime: vt sunt potentie receptiue: vt visile ad visum ante visionem: imaginabile ad imaginationem antequam imaginetur et id genus: et hoc modo forme sensibiles sunt actu forme secundum veram rationem forme: vt color antequam videtur: est vere forma parietis: et antequam consideretur est vere forma. Alio modo possunt sensilia ipsa accipi vt sunt actu impressa in facultatibus anime: vt color vt actu videatur: et actu consideretur: et hac ratione eis non competit ratio forme: imo si dicantur forme: dicuntur equiuoce: et per metaphoram quandam: pro quanto insunt potentijs anime: vt color et sonus proprijs subiectis: et addit quod res materiales actu impresse in virtute rationali: sunt ille que minus participant ratione forme: et hoc probat tribus rationibus. Primo. quia res intellecte possunt esse omnino a materia separate vel secundum viam Auempaces: qui posuit in abstractionibus esse statum ad vltimo abstracta: vel secundum viam Auerrois. qui ponit quod intellectus materialis potest intelligere entia omnino a materia separata: vbi igitur res intellecte sunt omnino a materia seiuncte: non possunt dici forme: cum omnis forma dicatur relatiue ad materiam. secundo auscultationis physice. Secundo. quia similitudines rerum materialium que sunt in virtute rationali sunt satis longinque a formis: ac formarum cum materia compositione: nam sunt abstracta a materia conditione materie: et presentia materie. Tertio. quod intellectus materialis quando in statu est similis agenti: vt quando recepit ipsum: tunc apud Philosophos: neque forma: neque similis forme dicitur: et hoc quia omnino a materia est disiunctus. Ex ijs patet quid sit forma: et quid non: forma enim proprie ea est que materiam informat: et eam in specie reponit: qua ratione et via intellecta actu non sunt forme: nec anime celorum dicuntur proprie forme. ¶ Sed ambiges. nam vniuersalia sunt forme apud Auerroem primo metaphysi. comento. 27. et. 7. metaphysi. comentis. 30. et. 35. et. 37. et. 43. et. 12. metaphy. comento. 14. dic quod vniuersalia sunt forme identice: quia non materia: neque compositum: nam illud quod est forma efficitur vniuersale. Possunt etiam dici forme: prout declarant esse: et vt formant intellectum: non tamen inquantum informant: verum Auerro. hic vocat formas: que materiam informant.

¶ Quidam tamen homines vocant omnes substantias incorporeas formas: equiuoce dicentes de formis.

¶ Soluit dubitationem: nam Plato vocat ideas formas: et constat eas in nulla esse materia: igitur definitio forme est falsa. Respondendo dicit eas nuncupari formas equiuoce: hoc est analogice: nam vel ordo est secundum perfectiones: et sic forma dicitur pro prius de abstractis: vel ordo accipitur secundum originem: et sic proprie forma et pro prius dicitur de forma materiali: nam ab hac attributum est nomen forme illis. Hec autem prioritas facit formam dici analogice: non autem equiuoce. Com. 46.

¶ Dico quod formarum quedam sunt separate et denudate a materia: nec egent materia: quedam sunt que sunt inseparate a materia: vt ille que dicte sunt: et hec diuisio est per equiuoca.

¶ Distinguit hoc analogum formam. Ubi animaduertendum quod separatio et coniunctio sunt relationes opposite: est enim separatio quoties forma ipsa non dependet a materia in esse et conseruari: coniuncta vero forma ea erit: que a materia eius esse et conseruatione dependet. Ex hoc sequitur quod forma separata non dicitur: eo quia nullius subiecti sit actus et perfectio: sed quoniam a nullo subiecto dependet: nec dicitur coniuncta: quia alicui subiecto dat esse nam anime celorum dant esse celis: et tamen dicuntur separate. Commune enim est omni forme: vt det esse alicui subiecto: sed dependere a subiecto separat formam disiunctam a separata. Hec res in celo et mundo pertractabitur longius: et. 12. metaphysi. et sic patet distinctio Auer. hic. Com. 47.

¶ Et forme que egent materia: sunt plurium graduum:

graduū.magis autem infimus gradus formarū est gradus formarū quatuor elemētorū.ipsę nāq3 sunt quatuor formę in quatuor materijs:⁊ sunt alię formę corporum: quę gñant̄ ex cōmixtione elementorum.

Com̄.48. ¶Subdiuidit formas coniunctas materię in duos gradus.nam alia est elementaria:vt quatuor formę elementorū:alia mixtorū:quę ex ijs elementis prodeunt.

¶Et de ijs etiā sunt aliquę:quarum vna est nobilior altera.aliqua nāq3 forma corporū mineralium est nobilior alia in gradu:⁊ formę corporum mineralium sunt nobiliores formis elementorum:⁊ formę nascentium terrę ẜm earum nobilitatem sunt nobiliores formis corporum mineralium:⁊ formę animalium irrationalium sunt nobiliores formis nascentium terrę:forma autē rationalis animalis:inquantum rationalis:est nobilior omnibus formis dictis:verūtamen prima materia ⁊ prima forma plus diminuta sunt omnibus alijs in ipsorū esse. Nā quęlibet illarum eget in suo esse stabilitate alterius:altera ꝟo.scilicet forma stabilitatē non habet nisi in materia.

Com̄.49. ¶Miscibilium formę multiplices sunt.primę ⁊ infimę mineraliū:vt metallorum ⁊ lapidum.hę enim sunt valde proximę elementarijs.⁊ istę habent latitudinem.nā quędā sunt nobiliores vt auri ⁊ argenti ⁊ p̄ciosorū lapidum.q̄dam ignobiles.post has sunt formę vegetabiliū: quę etiā habent latitudinē ẜm perfectius ⁊ vilius.post has sunt formę sensitiuę animalium:⁊ hę iterū sunt graduatę.post has est forma animalis rationalis. non dico vt animal:sed vt rationale.hęc enī est vltima ⁊ minima ⁊ indiuidua non habens gradus:vt dicit Aristoteles.2. de anima.Et in hoc patet qualiter isti gradus nō sunt distincti realiter:sed ratione.cęlestes enim animę ponūtur in secundo gradu ⁊ in quarto.similiter rationalis forma ponitur in quarto ⁊ quinto.⁊ hoc alia atq3 alia ratione. ¶Addit tamē ꝙ prima materia ⁊ prima forma:siue sit elementaria:siue corporis:sunt cęteris imperfectiores:⁊ hoc probat.nā egēs pluribus pro suo esse est perfectius eo quod eget minoribꝰ.Modo omnes alię formę egent materia ⁊ prima forma ad hoc vt sint. forma ꝟo prima sola materia eget.igitur hęc est forma imperfectissima. intellige maiorem cum conditione. Nam deus est optimum in natura:⁊ tamen nullo eget: vt.2.cęli dicitur.ea propter intellige maiorē de his:quę egent re aliqua ꝓ sui esse. In ijs enim egens pluribus est nobilius egente paucioribus:quia est tanq̄3 finis multorum.

¶Similiter ⁊ materia est ens ⁊ in seipsa ⁊ in sui natura ꝑpter formā:⁊ perfectio suę essentię est vt recipiat formā. Nam si forma non esset:neq3 materia esset.post hoc autem sunt formę q̄dam:quę abstractę sunt.

Com̄.50. ¶Accepit primam formam ⁊ materiam primam esse inter cętera vilissima.probauit hoc de forma prima: nunc illud probat de materia.Illud quod est propter formā: ⁊ cuius esse est ad formam:⁊ quod non esset nisi propter formam est vilius forma:tale est materia.quare materia est minor forma.⁊ per consequens tenet vel non gradum entiū vel infimū graduū:⁊ in hoc apparet vltimus gradus entium.deinde ponit vltimum graduū formarū prosequendo ordinem:⁊ dicit.post hoc autē:hoc est.post formā hominis sunt formę quędā:quę abstractę sunt: vt animę cęlorum:in quibus est hominis status.hę enim abstractę sunt a materia tam ẜm totū q̄3 ẜm se ⁊ quodlibet sui:quod non est in rationali anima.hęc enim ẜm aliquid est abstracta vt ẜm intellectum:ẜm aliquid in materia vt ẜm dianoeā.Et vltra hęc verba nō inueni amplius i libro h:⁊ ego existimo vt dixi tibi o Hieronyme librum esse corruptum ⁊ mancum.verum vt tibi satisfaciam hunc exposui.Quū enim Auerroē in proprio fonte nō legerim:scio me multa errasse circa eius verba.verum l3 dicta mea non sint ad verba:sunt hac mea iuuentute satis consona dictis eius alibi. Ut ꝟo videatur libri cōclusio:quę in libro meo deficit:dicamus qd Auerroes voluit habere per hos duos rerum ordines. Petamus primo ꝙ intellectus multifariā dicitur:vt Alexander scribit.vnus est materialis:quicq3 est pars rationalis animę aptus recipere omnia intelligibilia.Alius est huic habitus:vt intellectus primorum principiorū. Hic enim intellectus in habitu dicit̄:quia de difficili deletur:estq3 promptus vt in nobis insit.3.de anima. commento.19. Alius est intellectus agēs:qui est vel vt sol vel vt lumē. qui quidē vt sol est:deus est:qui est veritatis fons:⁊ sol a quo omnis veritas dependet: aut est vt lumen:⁊ hic est ea siue pars siue gradus:quo intellectus materialis deo est similis:vt dicit̄ cōmēto.5.tertij de anima. Alius est intellectus speculatiuus.est autem is omnia intelligibilia per se apta perficere intellectum materialem. Petamus secundo ꝙ partes intellectus speculatiui per se sunt entia metaphysica ⁊ naturalia. Mathematicę enī sunt propter exercitium: ⁊ ad nullum felicitatis finem. Rhetorica logica:⁊ grammatica:⁊ poetica:⁊ cęterę eiusmodi sunt propter intellectum speculatiuum:vt dispositiones videlicet ad illas.nā maior pars intellectus speculatiui inuentione ⁊ doctrina acquiritur.inuentio autem ⁊ doctrina non possunt haberi sine scientia linguę:quę grammatica dicitur:neq3 sine scientia inuentionis: quę rhetorica: dialectica: ⁊ poetica nuncupantur.Moralis autem est necessaria vt remouens prohibens: remouet enim brutalitatem ⁊ inducit heroicam virtutem.quare totus intellectus speculatiuus ex ijs fiet:quę ⁊ in metaphysica ⁊ in naturalibus scientijs tractantur. Petamus tertio horum intellectuum generationem esse eiusmodi. ab intellectu quidem vti sole ingeneratur intellectus vti lumen prima ⁊ ęterna generatione.nam si ęternus sol: ęternū lumen.ab intellectu vti sole:⁊ hoc alio vti lumine prima generatione generatur intellectus in habitu: qui est communis ⁊ generalis omnibus.ab intellectu vti sole eo vti lumine.hoc vti habitu generatur intellectus speculatiuus perficiens intellectum materialem: quantum ad vltimam eius dispositionem:adeo quidem vt a p̄ma ⁊ generali causa.a cęteris vti a causis ꝓximis ⁊ particularibus. ¶Ex ijs patet cur accepit hos entium duos ordines.Ex ijs enim habere vult totam continentiā intellectus speculatiui. Nā totus intellectus speculatiuus ex ijs quę reponūtur in his duobus ordinibus constituitur.Ut autē videatur libri conclusio. Petamus primo ꝙ omnes substantię separatę virtute primę non cōtinēt totum intellectum speculatiuum continentia virtuali:s3 ordine quodam.quoniam deus continet primo.scilicet virtute propria. secundus intellectus. videlicet saturni

continet eundem virtute dei tm̄. Intellectus tertius. vz. Jouis continet eum virtute dei primo: ꝛ virtute Saturni secundo: ꝛ sic successiue vsq; ad intellectum agentez: q est quasi lumen. Ille eniz continet intellectū speculatiuū primo virtute dei. secundo virtute intellectus Saturni: ꝛ sic eo ordine quo orbes collocati. erit igitur in continentia hac virtuali duplex ordo. alius quidem naturę: alius originis. ordine naturę deus continet a se ꝛ primo. intellectus Saturni secundo ꝛ posterius. ꝛ sic consequenter. ordine originis id cōtinet per prius: quod est pro prius intellectui speculatiuo. ꝛ sic intellectus agens: vt lumen est prior. Secundo intellectus lunę. ꝛ vltra consequenter. ❡ Petamus vlterius secūdo ꝙ itellectus speculatiuus continet omnes intellectus abstractos a posteriori ꝛ continentia quadam instrumentali: qua ratione effectus continet causam: ꝛ sic intellectus speculatiuus primo primitate materię continet deum. secundo intellectuz Saturni. tertio intellectum Jouis. ꝛ sic ordine suo vsq; ad intellectum agentem: quod est lumen. ❡ Contra autem ordine originis. primo continet intellectū agentem. secūdo intellectuz lunę. tertio intellectū Mercurij vsq; in deū: eo ordine quo collocantur. ❡ Ex ijs patet quę sit beatitudo: ꝛ quis ordo ascensus ad illam. Primo nāq; intellectus in habitu acquiritur nobis: hic enim solo lumine intellectus agentis inest nobis: hoc est, solo itellectu: qui est quasi lumen procreatum a deo: qui est intellectus agēs: per hunc acquiritur nobis intellectus speculatiuus totus ꝛ perfectus: quo acquisito vno instanti temporis per essentiam copulabunt nobis omnes substantię separatę: lz sit ordo naturę ꝛ originis: ordine enim naturę primo copulabuntur deo. hoc est intelligemus deum per essentiā eius: vt ipse intelligit se. Secundo copulabimur intellectui Saturni. ꝛ sic vsq; ad lumen. econtra ordine origis. primo copulabimur lumini. secūdo intellectui lunę. ꝛ in de successiue vsq; in deum: in quo est status. ❡ Sed tūc ambiges qualis est cognitio dei in hoc aię statu. ❡ Animaduertendum apud theologos ꝙ duplex est rei cognitio. vna abstractiua: altera ituitiua. prima dicitur vespertina. secūda dicitur matutina. Est quidez abstractiua qđ ditatis vt abstrahitur ab actuali existentia. Jntuitiua ꝟo est rei ꝫm existentiam eius: ꝛ p̄sentis vt p̄sens: ꝛ hanc vocant faciei ad faciem. Ubi ꝟo alijs verbis volunt rei eē duplicem cognitionem. alteram quidem per essentiam eius: alteram ꝟo per abstractionē a se vel ab alio. cognoscitur enim lapis per abstractionem a se: ꝛ genus substantiarum abstractarum vt causa cognoscitur ꝑ abstractionem ab alijs. hoc est ab effectibus. ❡ Tunc dicendum ꝙ beatitudo est cognitio dei intuitiua: matutina ꝑ essentiam. cognitiones enim omnium reruz per abstractionē sunt vt dispositiones. cognitio autem dei per essentiaz vt finis ꝛ vltima aię beatitudo. Et in hoc apparet ꝙ deus ꝛ cętere intelligentię in cognitione abstractiua copulant̄ nobis vt causę effectrices. Nam virtute earum abstrahimus. Jn cognitione autem intuitiua copulant̄ vt formę. ꝛ inquit Auerro. 12. metaphysi. cōmen. 17. Si igitur iste intellectus. hoc est. deus denudatur apud perfectionem humanam a potentia: necesse est vt destruatur ab eo hęc actio: quę est alia ab ea: ꝟ est. abstractio. ꝛ tunc aut nō intelligimus omnino per hunc intellectū: aut intelligimus inquantum actio eius est substantia eius. hoc est. ꝑ eius essentiam. ꝛ impossibile est vt in aliqua hora non intelligamus per ipsum: aliter possemus non esse homines. relinquitur igitur cum iste intellectus fuerit denudat9 a potentia vt intelligamus per ipsum inquantum actio ei9 est substantia eius. hoc est. per essentiā. ꝛ hęc est vltima beatitudo. hęc est libri cōclusio. Uerum contingunt. 12. qōnes non paruę: quas mouebimus in libro de intellectu: quem nunc facimus. vz. tractatu. 2. capite. 13. ꝛ soluemus illas per ordinem. ❡ Ea enim quę hic dixi tm̄ volumus esse excitamenta. naz in eo libro aperiemus multa occulta. ꝛ in hoc non parum admirari debemus Auer. arabez omnium legum deprauatorem ex pura sua naturali ratione cognouisse rationalem animam posse ad talē scandere statum: vt in eo deum intelligat eoq; fruatur nullo studio nulloq; labori innixam. vnde. 9. metaphy. cōme. 22. contra Auempa. inquit beatitudinem hanc non acqri modo potentiarum cogitatiuarum: quę acquiruntur ꝑ cognitionem. hoc est. per ratiocinationem. verum media deducendi ad illum statum bonus vir ignorauit. Nō enī vt dicemus: in libro de intellectu: sat est adeptio intellectus speculatiui: nec meritum: siue virtus heroica: sed solum ipse deus beatitudo est cui vult. solus ipse est finis ꝛ fęlicitas libera. Cui sit honor ꝛ gl'ia: nobisq; vt sibi btitudo. Cōpleui patauij. M.CCCCXCII. XIIII. Maij.

FINIS.

❡ Liber iste subtilissim9 de nobilissimo subiecto: Uenetijs arte ingenio/ac largissimis sumptibus hęredum quōdam Nobilis viri dn̄i Octauiani Scoti Ciuis ꝛ patritij Modoetiensis: ac sociorū: diligentissime imp̄ssus est. Anno a salutifero partu Millesimo qngētesimo vigesimoq̄rto. Idib9 Aprilis.

Registrum.

a b c d

d est duernio: c ternio: Cęteri quaterniones.





colorchecker CLASSIC
calibrite
mm